










the reprint of the same year dedicated to Richard Heber (see no. 377) and without the invitation on the title page which bears, instead, the academic honors of the author.

AVLI PERSII FLACCI

SATIRA PRIMA

AD XXX EDITIONES ANTIQVISSIMAS VNDECVNQVE COLLECTAS MAXIMAMQVE PARTEM NVNC PRIMVM COLLATAS: QVARVM VNA EARVM EST ADHVC IGNOTA ILLA REPETITIO ASCENSIANAE E. A. 1500. PARISIIS A THIELMANNO KERVER IMPRESSA.

EDITA ET CASTIGATA

A

FERDINANDO HAVTHAL

DOCT. PHIL.

REG. SEMIN. PHILOL. GOTTING. OLIM SODAL. EXTRAORD., SOCIETATIS GRAECAE HERMANNICAE LIPS., REG. SEMIN. PHILOL. LIPS. OLIM MEMBR. ORD., NONNVLLARVM SOCIETT. LITERR. ET PATRIAE NOSTRAE ET EXTERARVM MEMBR. ETC.

PRODROMVS PRIMVS HISTORIAE CRITICAE ET RECENSIONIS PERSII VETERVMQVE EIVS COMMENTATORVM.

LIPSIAE

SVMTIBVS LIBRARIAE BAVMGAERTNERIANAE.

MDCCCXXXIII.

RICHARDO HEBERO

ANGLO

ILLVSTRISSIMO DOCTISSIMO

HVMANISSIMO

AMATORI LIBRORVM VETVSTIORVM GNARISSIMO

HANC PRIMAM SILVAM

GRATAM ESSE

VOLVI.

Hoc, inquam, apte dixerim de emendationibus nostris et coniecturis; quas spernunt multi repertas, sudent multum in reperiendis. Nec tamen operam istam nimis etiam vendito: (ad maiora quaedam et altiora voco iuventutem, et ad Sapientiae ipsum collem): sed utilem tantum clamo, et inter necessarios doctrinae apparatus.

Iust. Lipsius praef. opp. critt.

Non est quod miremur, varias et saepenumero plane sibi oppositas ut in quaque ita inprimis in critica arte tentari vias ab hominibus, quibus ob insignes ingenii dotes non minus quam ob immensam accuratae eruditionis copiam uenerationem denegare nostram nequimus, quosque nec veritatis amore et studio carere nec iudicii exercitatione et elegantia nobis persuasimus. Nimirum sua quisque aut consuetudine potissimum aut opinione trahitur; permulti etiam subsidiorum vetustiorum penuria laborant eorumque sive ignorant pretium sive usum repudiant. Ac primum quidem consuetudo magnam utique in re critica vim exercuit hodieque exercet. Alterum enim alterius viri κριτικωτάτου vestigia premere videmus, alterum alterius praecepta cum caeca admiratione accipere, cupide imbibere, religiose tueri et cum pia quadam fide adhibere, nedum blanda et servili adeo constantia et obstinatione (videlicet neutiquam, quominus, quo quisque volet, nomine appellet, impedio), ac si homines eruditi formulae collegii opificum alicuius adstricti esse, aut ipsae literae submitti ulli legi possent prae-

ter eam rationis et veritatis. Non loquor de istis quos vulgo minus debeas despicere quam miserari sciolis, qui ut tutam modo vitam stabiliant et vivant, invitis Musis operam literis navant, neque ut totos se iis dedant, vivere audent; qui publico quod maturius aequo omnibus viribus venantur munere et si Diis placet ornamento, quod aliquando sunt capessituri, tuto potiri ut possint riteque fungi, praeside et duce illustri quopiam indigere opinantes nullius nisi huius κελεύσματα tamquam commilitones fideliter signa servantes grative asseclae publice profitentur. Minime; nam literas qui non ipsis quibus omnino abundant deliciis tractus atque illecebris per dies noctesque amplectitur, indignus qui in earum penetralibus versetur probe ducendus est atque dicendus. Neque etiam illos dico — (imo enim in hoc numero memetipsum ponere posse laetor), qui, corruptos singulos scriptorum locos emendatum euntes, praecepta et consilia huius vel illius praestantioris antiquarum rerum magistri, ut GODOFREDI HERMANNI, Viri Illustrissimi et unici consummataeque eruditionis *) laude florentissimi, quem non magis propter immortalia sua de antiquitatis studio merita quam ob animi firmitatem morumque candorem et constantiam nulli secundum aestimo pieque colo, postquam omnino probanda cognoverunt, etiam in editionibus adornandis observant. At enim vero contra eos disputo, qui ad unius tantum viri, sive Hermanni sive Boeckhii exemplum tamquam ad normam et regulam studium suum dirigentes et iudicia sua revocantes, partes, quas usquequaque quaeritant, sequi malunt sectae, quam doctrinae ipsius literarumve causam

*) Vir eruditissimus Anglus in literis Londinum ad me transmissis Hermannum appellavit: „a giaant of litterature.“

liberrime agere, quique iniqua affligere vituperatione gestiunt eos, qui de studii antiquitatis ratione paulo aliter sentientes, non unam ducis cuiusdam tantum, sed alias quoque vias scriptorum veterum reliquias edendi earumque lectiones constituendi, vel illustrandi salubriusque tractandi inierint aut commendaverint. At crimine meo nolim eo progredi, ut modum excedens iis assentiar, qui contendant, istorum ut quisque doctissime vel lucubrationibus et curis diuturnis vel acutissimi ingenii speciminibus lucem et praesidium huic vel illi particulae ac dictioni, vel rei usuive veterum attulisset (id quod ubi vere factum est, tam laeto et candido animo equidem agnosco quam qui maxime), ita eum potissimum exempli et iudicii sui auctoritate toti arti criticae impedimentum nedum detrimentum ingratiis propterea fecisse, quod exinde alios haud paucos, qui non tam emunctae naris fuissent, taedium cepisset magni profecto et subinde sine fructu molesti laboris fontes adeundi indeque etiam aliquam salutis partem scriptoribus enixe hauriendi.

Ecquid deinde dicam de vi opinionis? Quanta utique per plus quam haec tria quae elapsa sunt saecula iudiciorum dissensio et discrepantia de verbis unius eiusdemque conspicui poetae aut prosae eloquentiae decoris historiaeve scriptoris, iteratis curis castigati et sexcenties ad optimorum librorum (an eorumdem?) fidem recensiti! Quanta porro diversitas rationum, quibus singuli qui artem criticam exercuerunt et exercent, textum quem vocant tutius constituendum curaverunt et curant! Atqui equidem tantum abest, ut iudiciorum dissidium in singulis locis scriptorum vett. male adfectis aut persanandis aut illustrandis reprehendam, ut etiam literarum commercium maximam incrementi inde et alacritatis co-

piam petere censeam; hoc tamen vehementissime dolendum iudicaverim, et est profecto quod graviter interdum fero ac paene indignor, nonnullos inter se et hodie dissentire criticos, seu consuetudinis tractu et inertia seductos sive abreptos opinionis suique studii potentia et ardore, vel de gravissimis ac primariis rebus. Ad quas quis tam temerarius est ut non videat pertinere si quid aliud *gnaram accuratamque cognitionem et investigationem fontium*, per quos scripta vetera benigno tempestatis decursu ad nostram aetatem usque pervenerunt? Pauci eos adeundos suaserunt, pauciores adierunt, paucissimi adeo ut vel aequioribus satisfacere possent arbitris, examinavere. Principem autem inter hos locum tenent Codices Mssi, proximum editiones saeculo XV. typis exscriptae; veteres grammaticos hic propterea non curo, quod aeque sive scriptis sive impressis Codicibus continentur. Plurima de utroque genere publici iuris facta sunt a bibliothecarum praefectis, perpauca de Codicum Mssorum, nihil, quantum equidem scio, de editionum saeculi XV. pretio et usu. Hinc quantuli aestimaverimus nos antiquitatis cultores qui philologi vocamur illos fontes, quamque raro iis usi simus, luculentius cognoscas. Cuius rei tamen, quamquam, ut de patria nostra dicere liceat, negari nequit, quin pulcherrimorum vetustiorum librorum, quos antiquitus ubivis terrarum solertissime excuderunt nostrates, exigua admodum penes nos et parca sit copia, cuius rei dico non inopia solum aut raritas librorum sustinet culpam, sed iniquior etiam doctorum virorum sententia, secundum quam iis, quibus aegre abstinere oporteret, posse etiam salua re nos carere persuaderent, vel quae in ullo Codice scripto aut impresso iure improbanda deprehendissent, ad omnes

criminis iniuria transferrent. Plerique scilicet ingenii sui, si quod erat, acumine plus aequo freti et exquisita linguarum cognitione muniti, calidissimis adeo indulserunt coniecturis*), ut plura inde bonae frugi exhibenda

---

*) Dum in Anglia versabar, libellum ego conscripsi huius tituli: „epistola non critica, scripta ad criticos et bibliographos.“ Cuius aliqua pars typis iam exscripta Lipsiae erat, cum bibliopola, Vir honestissimus, me certiorem reddebat Romam, correctori cuidam neque novas quaestiones prorsus (quippe inerat historia typorum Barthol. Guldinbeckii, qui primus Porphyrionis scholia in Horatium excudit!) neque vividam quamquam non arrogantem aut procacem iudicandi acrimoniam probari. Consilium ex me quid faciendum esset quaerenti, facile cum sensum intelligerem docti illius viri in gyrum suum compulsi, respondi, tantisper coerciturum me esse et retenturum, quod alio tempore opportuniori, si animus iterum tulisset, possem depromere. Dolui tamen vehementer, illum virum, cuius nomen latere me postea debuit, sub scribendi alacritate severius literarum studium non satis animadvertisse, quod, ut maiora capessat, leviora ut editionum saeculi XV. earumque typorum cognitionem minime respuit, maleque eum habuisse animum vigentem, quem Manuscriptorum mole et puluere lectionumque farragine obrui et obtundi ne paterer periculum ac timorem amici plures proficiscenti mihi significaverant. In illa epistola autem non solum quae in Francogallia et Anglia ad apparatum criticum Horatii eiusque veterum commentatorum facientia deprehenderam, notavi et adnumeravi, ut Codices Mssos, de quorum haud paucis aut nihil nobis aut nihil certi adhuc innotuit, et copiosam supellectilem Virorum doctorum, ut Huetii, celeb. illius episc. Abrincensis, Pithoei (cf. Annall. Iahnii V. 12. p. 458. et infra ad v. 5.), Vanderbourgii ad satt. et epp., Brouckhusii (collation. praestantiorum illorum Codd. Franequerani et Graeviani), D'Orvillii, Flamingii, Babingtonis, Angli illius doctissimi et liberalissimi, cuius humanitatem digne praedicandi alius erit locus, aliud tempus, et al., nec non tot tantaque benevolentiae humanique animi testimonia laudaui, Anglorum imprimis, (quos hospitum studiis ambitiosius aut invidiosius κειμήλια sua occludere et subtrahere perperam nonnulli in continenti viventes opinati sunt,) ut Ducis *Marlborough.* eiusque bibliothecae praefecti Vaughan. *Thomas.*, Comitis *Spencer.* eiusque bibliothecarr. *Dibdin.* et *Appleyard.*, custodum Musei Brit., bibliothecarum Oxoniensium et Cantabrigiensium, *Phillipsii*, Th. *Grenvillii*, *Heberi*, *Butleri*, *Valpii* aliorumque; sed etiam ostenditis variis emendandi rationibus nonnullorum, ipse, non ut in Praedicovii modum luderem et pueril-

ducerent, quam ex Codicum Mss. subsidio aut ex adsumtis impressionum vetustissimarum testimoniis. Est profecto aliquid, illud divinum, quod ingenium dicimus, sed nulla excogitari potest via lubricior, nulla temeritatis opprobrio errorisque superbi periculo magis obnoxia, quam haec, qua ex ingenio scriptoribus salutem sumus coniecturis paraturi nitoremque veterem conciliaturi, ea ipsa, qua sagacior et perspicacior ille *Bentleius*, Vir eximius, tantum delapsus et ab elegantiae subtilisque iudicii norma declinatus est, ut arte sua, quam audaciori industria quidem sed rara virtute et exquisita eruditione tam diu felicissime in veteribus scriptoribus pristinae dignitati restituendis exercuerat, in Miltonis paradiso ridicule abutens genium suum perdidisse videatur. Ab eiusmodi discrimine nihil in emendandis priscis scriptoribus est, quod efficacius possit avocare iudicandi solertiam, nihil quod melius temperare eam possit aut dirigere atque firmare grandesque curas et labores plane frustrari, nisi gnara et perpetua fontium diversi aevi et pretii indagatio. Attamen non diffiteor, hoc paulo aliter se habere in plurimis scriptoribus Graecis; quandoquidem rariores eorum fontes iique vulgo minoris aetatis et pretii fortius et blandius pelliciunt ingenia eorumque opem et vires provocant, ut maculas e veterum libris coniiciendo eluant magisque confidant sibi quam Codi-

---

ter iocarer, neque ut homoeopathice quasi istorum scabiei mederi conarer, sed ut permultas quae dicuntur emendationes nihil nisi lectiones tolerabiles legibusque grammaticis accommodatas demonstrarem, coniecturas aliquot multis locis et modis, nempe argumentis internis et externis, suffultas in medium protuli, ut has:

Mecaenas *ab* avis edite regibus,
Omne et praesidium et dulce decus meum. etc.

cum testimoniis. Quibus qui nimiam fidem et omnem fere tribuunt, nihilo magis nobis probantur, quam ii, qui auctoritatem eorum fastidiosius spernunt et omnino abiiciunt ac demum, suae sententiae qualicumque praesidii aliquantum petituri, ad eos confugiunt. Quae cum ita sint, neutrum horum fieri par est, sed media tenenda est via, qua duae partes consociatis inter se consiliis ita conveniunt, ut dum alteri multum ponderis et auctoritatis adsignamus, liberius alteri non subtrahamus officium. Verum quidem est, exstitisse, id quod mos tulit temporis nostri certius omnia constituturi, permultos, qui ne indies scriptorum editiones multiplicarentur, quae nonnisi paucis levioribus hinc inde disseminatis propriis adnotationibus, quae criticae nuncupantur, instructae numerum temere augerent, doctius et diligentius Codicum examen postulaverint, neque etiam defuisse, qui singulas saeculi XV. editiones in suum usum converterint, exiguus tamen censendus est numerus eorum, totam qui historiam criticam textus q. u. desiderantes enixius quaesiverint, quomodo hic singulis saeculis maxime in Codicibus ipsorum scriptorum aut in vetustis eorum Commentatoribus comparatus fuerit, et qua tandem via lectio quam vulgatam dicunt in plurimis impressionibus saeculi XV. sese conformaverit et ad nos usque manaverit. Hoc prae omnibus unum opus censeo, in hoc positum artis criticae ut in explicatione iusta principium, firmius fundamentum; unde saeculo nostro maximam veteribus scriptoribus salutem speremus. Erudite igitur, religiose, assidue, quam plurimos fontes indagemus eorumque, quantum liceat, connexum inter se et familiaritatem inquiramus, et tum demum ingenii auxilia petamus, coniecturarum medelas. Admodum arduam quidem

rem esse multaeque molis et indaginis et sudoris nullus negabit, sed quicquid agere oportet et expedit, non indignandum est moliri. Equidem inter alia Codices Horatii et Persii eorumque interpretum priorum saeculorum et scriptos et impressos, per aliquot annos proficiscens per Francogalliam, Angliam, Belgiam, Helvetiam, Italiam, aut ad verbum examinavi aut per partes tractavi, aut, ubi ne id quidem operae pretium duxi, saltem descripsi. Atqui magnam in modum miratus ego sum, antiquissimos libros plurimos neque adhibitos, neque descriptos, imo ne cognitos quidem esse.

Quoad Codices Mss. duplici ratione imprimis peccari solet a nonnullis; primum quod eos non recte adhibent, deinde quod eorum quos adhibuerint pretium male definiunt. Illorum pessime agunt, qui ut Fea in editione sua Horatii et nuper Car. Erasm. Krause in dissertatione sua de satiris Persii Gotting. 1830 p. 16—20. ne titulum quidem Codicum nedum aetatem notant, horum autem ante omnes ii, qui minoris aetatis libros Mssos quoslibet casu prospero nacti fuerint, tamquam Lydium lapidem praepostero et intempestiuo studio aestimant et praedicant. Hinc fortasse etiam illud taedium quorundam, hinc ille despectus auctoritatis Codicum. Namque haud parum profecto refert scire, quibus testibus fidem habere, quantumque fidei debeamus. Illud accurata descriptio docet, hoc iusta aestimatio. Hanc utramque bene dare nequimus nisi usu ea qua par est eruditione ac diligentia facto. Talis usus quanti sit momenti, patet considerantibus nobis, criticum, qualem hic intelligimus, acutissimum quemque nihil esse nisi doctum correctorem librorum quos classicos vocant. Quippe criticorum ante omnia est, ex suae aetatis editionibus ve-

terum scriptorum, si quae iam sunt, verborum et dictionum pellere mendas, rebus recte intellectis et explicitis. Utrumque absque accuratissima linguae eiusque legum cognitione recte fieri nequire, per se intelligitur. Nam res verbis significantur; ubi autem verba non sunt sana, sensus aeque insanus euadit. Sensum recte eruere principium est omnis explicationis, et primum, quod ipse criticus respiciat. Hinc quae non recte dicta sunt aut alia de causa discrepant, mutat vel potius tamquam ab aliis mutata tollit, sana restituit, genuina et legitima vindicat. Penes quem ergo bene explicandi potestas est, is primum possidet, quo bene emendet; nam facilius ille deprehendet, quae emendanda sint quaeve non sint. Optime autem emendabit, qui sagacissime mendas earumque latebras (nam non raro tamquam hulcera latentia optimis quibusque scriptoribus inveterarunt) oderatus, sensum optimum invenit et enucleat, aut ex iis, quae, sive integra, sive mutila, fontes praebent, aut, eorum vestigia sequens, ex ingenio resarcit quae non offerunt, utrobique tamen nisus non solum cognitione linguae cum populi tum scriptorum singulorum, sed etiam totius veterum librorum rationis et originis. Iam quaeritur, ubi tandem mendarum et corruptelarum lateat fons, nam cognito mendae cuiuspiam fonte, emendatio saepius ultro se offert. Fontes, ut supra iam monui, praeter mentem correctorum aut librariorum audacem et inscitam industriam, nonnisi duo esse possunt, et quidem libri aut manibus exarati aut typis exscripti. Ex utroque fonte editiones scriptorum classicorum in his tribus quae exacta sunt saeculis magis minus profectas putans, non potes, ut nihil fidei habeas utrique, atque et mendas ibi quaeras et medelas. Ex Mssis enim editiones, quae prin-

cipes et primae vocantur, sunt exscriptae, ex his aliae sunt excusae, hoc vel illo Codice in partes vocato, aliae fidelius repetitae, et sic sensim sensimque sese conformavit lectio vulgata, magis minusve a typothetis temere inquinata, a correctoribus audacius interpolata, aut a criticis acrius sollicitata, doctius emendata et limatius polita. Attamen ex hoc duplici fonte et vera et falsa fluxerunt, quia iis sana non solum continentur sed mendae etiam. Earum in Codd. Mss^tis aut vecors scriba aut vetustior temerarius glossator aliquis culpam fert, aut alia existit origo qualiscunque altius adsurgens.

Quocirca mendarum cognitio non minus potest ad scriptoris salutem quam optima varians lectio, et si quis Codicibus vett. utens mendas esset neglecturus, eodem pacto in reprehensionem incurrere mihi videretur atque is, qui medici*) nomen sibi sumens morborum scientiam curare nollet, aut qui adolescentium animos conaretur ad frugem bonam applicare virtutisque sensu imbuere, vitiorum indole et natura non investigata. Duo autem imprimis sunt, quae cur ita sentiam, me impellunt: primum,

*) Vide *Muret.* Varr. lectt. XV, 16. „Ad medicinam melius et certius factitandam non mediocriter utile est, scire, quibus in rebus is, qui aegrotat, peccare solitus sit: quo et causa morbi facilius reperiatur, et ad eam medendi ratio accommodetur. Sic et iis, qui se scriptorum veterum quasi medicos quosdam esse profitentur, nosse expedit, quibus potissimum modis veteres librarii peccare soliti sint. Inter cetera igitur sane multa genera depravationum animadverti solitos eos, si quando vetustioris libri, ex quo aliquid describebant, scripturam satis certo ac liquido perspicere non poterant, dubitabantque, hoc an illo modo scriptum foret, aut si quando aliud in aliis exemplaribus scriptum reperiebant, utrumque ponere, et lectorum iudicio permittere, utrum verius videretur. Eo modo vix credibile est, quam multa in optimis et nobilissimis quibusque scriptoribus maculata sint.“ Conferas quae *G. Hermannus* facetius disseruit in Opuscul. Vol. IV. p. 206. 207.

quod mendae non raro verae lectionis vestigia produnt et ostendunt, deinde quod fieri facile potest, ut criticus ipse variis temporibus varia eodem loco respiciat, quaerat, probet. Huc etiam spectant loci, quibus aut syllabae erasae sunt aut ab hac vel illa manu expunctae et correctae, vel etiam glossis ornatae. Quae cum ita sint, omnia vel minima et levissima quae videantur, diligentius advertamus et enotemus necesse est, quia, quod Plinius de toto librorum genere dicere solebat, nihil, praesertim in scriptoribus difficilioribus, tam est pusillum, ex quo non capiatur aliquid fructus. Quod in antiquioribus Codd. Masis maxime verum esse comperio: hos a fronte ad calcem usque, non solum locis vexatis, ut olim consuevere, sed ad verbum perpetuo studio contendamus, atque etiam, racematione instituta, siquidem per temporis opportunitatem licuerit aut ob libri bonitatem operae pretium duxerimus, fructus quasi omissos legamus amissosque requiramus.

Quodsi ita *) aliquando cum plurimis melioribusque et graecorum et latinorum scriptorum Codicibus Masis factum et transactum erit, Viri docti, certioribus tandem positis criticae fundamentis, non est in posterum ut

*) Audiendus est F. Blume, Vir magnopere colendus, qui ante me in Italiae bibliothecis in aliorum commodum multum sudavit et alsit, itin. ital. Vol. I. p. X—XI. „..*die erste Aufgabe der vergleichenden Kritik ist die, jede einzelne uns überlieferte Handschrift als Individuum zu behandeln, und ihre Entstehung, Benutzung und Vervielfältigung nachzuweisen. Das aber ist nur möglich, wenn erst die Geschichte der Sammlungen, als der Massen von Individuen, ausgemittelt ist, und dazu kann wiederum nur vollständige Aufzählung derselben und ihrer Inhaber den Weg bahnen. Wen es etwa schrecken kann, dass dieses Bemühen oft, sehr oft vergeblich sein wird, der wird auch der Freude nicht werth, mit der eine einzige glückliche Entdeckung zu lohnen pflegt.*“

eosdem libros pluries retractando pretiosissimum satiusque constituendum conterant tempus," ac laete sperandum nobis est, sensim ubi maiori religione et studio atque animi constantia laborisque assiduitate undique collecta et digesta, diiudicata atque elaborata subsidia fuerint, meliorem veteribus et maturiorem posse ac certiorem parari et reddi salutem. Codices enim ita adhibiti facilius et commodius possunt cum inter se comparari et in ordines sive familias redigi, tum significantius describi et rectius aestimari.

Sed haec hactenus. Copiosius enim quo minus exponam, quae de ipsorum Codicum descriptione atque aestimatione aut de eorum familiis constituendis animadvertenda essent, etsi non plane a re alienum iudicaverim, et consilii mei ratio, et impressoris instantis preces vetant et arctius circumscripti huius opellae limites, cuius praefatio ne in molem libri excrescat, timor modo subnascitur.

Constitui quidem apud me, plus otii exoptatissimi si quando concessum mihi meisque studiis fuerit, *historiam critices* *) *scriptorum classicorum* persequi et in libro: „*bibliotheca critica*“ commentationes illas iam semel **) promissas non solum de usu et pretio Codicum Mss., sed etiam editionum saeculi XV. in constituendis lectionibus veterum scriptorum deponere, ac ge-

---

*) Nam quis est qui nesciat arctiores huic arti limites nunc constitui, quam Io. Clericus et Ch. Aug. Heumannus indolem et faciem eius extenderunt, atque a Dan. Heinsio, Henr. Valesio, Gasp. Scioppio, Io. Ern. Imman. Walchio, Morelio abbate aliisque tot et tanta esse relicta, nec non his nostris diebus hinc inde sparsas tantum inveniri Virorum doctorum de hac re opiniones et doctrinas? —

**) Vide *Jahrb. für Phil. und Pädag.* 1830. V. 12. p. 450. not. 1.

neris utriusque exemplis, inter quae etiam anecdota sunt, suppeditatis, aliorum quoque studia pro virili iuvare. Delibanda autem haec pauca quae in medium vocavi hic propterea mihi videbantur de Codicibus, quia in eorum numero multas etiam editiones principes habendas scimus, quarum usus, si pauca excipere velis, idem fere est, deque quibus nonnulla verba ingratiis per hanc opportunitatem addere libelli postulat indoles, neque tamen ut edisseram, sed ut indigitem quasi tantum ac feram voluntatis praerogativam.

Etiam in his tria inprimis sunt observanda, descriptio, usus, aestimatio. Primum est bibliographorum, reliqua philologorum. Si bibliographos rarius philologos esse iure querimur, dolere omnino multo magis possumus, quod philologi perpauci habeant bibliographiae veteris notitiam. Nempe bibliographi libros vett. tamquam cippos sepulcrales ex Aegypto adportatos summa cum cura designant, defuncti animum parum curantes; plerique philologi contra id agunt, ut libro quid et quomodo contineatur, inquirant et perscrutentur, paulo nimium neglecto habitu externo. Quod nisi ita semper factum esset, accuratiores et utiliores haberemus librorum vetustiorum descriptiones et plura eaque aestimabiliora examina.

Vsus earum et Codicum manu exaratorum eo differt, quod neque glossa neque rasura respicienda est, (occurrit quidem, ut in editt. R. et Ψ., rasura hinc inde, hanc tamen eiusdem momenti ducere noli, quam quae in Codicibus existit. Notari utique rasura debet, nisi incuriae velis argui ab iis, qui eiusdem rarioris libri exemplum possideant). Textus q. u. omnino in editionibus vett., quippe immobili charactere exhibitus, firmius et

luculentius adeo cum sit constitutus, legendi difficultas longe minor est, certior autem discrepantiae lectionum notatio. Orthographiae curam agere ne taedeat, quamvis nihil in hac re constantius inconstantia esse largiar. Nam nunc vetustiorem originem prodit, nunc aetatis scribendi morem aut correctoris modum ostendit. Eundem denique attentum animum requirit periodos per signa distinguendi ratio. Licet enim negari nequeat, in editt. vett. subinde versus quinque aut sex aut plures perpetuos omni interpunctione *) carere, idque propter inconsultam omissionem nihili habendum sit, tamen ubi exstat, accuratius eam propterea enotes, quod non raro ibi posita consilio est. Vide e. c. infra lectiones ad v. 22.

Quoad aestimationem editionum vett. hoc unum dico atque in hoc desino, *Codicum omnium et manu scriptorum et typis excusorum iustissimum iudicium nonnisi ex guara, religiosa et perpetua* ***plurimorum*** *variae aetatis indagatione et synoptica comparatione proficisci et ferri posse.* Nimirum verbis vix potest dici, quam superstitiosa, ut ita dicam, reverentia, quantove taedio

---

*) Sicuti omnino laborem duco utilissimum hunc, ut singulorum scriptorum editor suas quisque editiones vel, siquidem per opportunitatem aut aliis de causis liceat, inquirendo aut emendet aut adaugeat catalogos, quos industriae et labori bibliographorum et veterum et recentiorum debemus, sic operae pretium, opinor, faceret is, qui ex singulis vett. impressionibus varias interpungendi rationes earumque historiam enotare atque synopsi variorum locorum et annorum addere vellet. Quem tam splendida suppellex adiutura esset, ut *Appleyardum* satis instructum bibliothecae Spencerianae alterum bibliothecarium, etiam atque etiam ut id susciperet, olim rogavi. *Clossius*, doctor medicinae Francofurtensis a. M. typorum gnarissimus, *Jung.*, professor et bibliothecarius Argentinensis, et alii, qui iam innotuerunt bibliographi, ut Van *Praetius*, *Ebert.*, *Dibdin.*, *Hain.*, *Bardilius* meus, Viri Clarissimi, al. lubentissime sua conferrent.

superciliosio, aut qua levitate vel etiam ignorantia (veniam scilicet precor, quod et nos philologos ipsos ignorare posse confiteor) quidam de editionibus saeculi XV. verba facere soleant. Alii enim tales omnes fere editiones vocant principes, alii eiusdem scriptoris plures *) editiones principes vocari posse negant, alii, et ipsi editores, confundunt Lugdunum in Gallia cum Lugduno Batavorum, alii Brixiam **) in Italia et urbem Tyrolensium similis

*) Vocavi ego editionem Venetam a. 1481. principem earum, quae coniunctos Commentarios Acronis et Porphyrionis in omnia opera Horatii exhibuerunt. *Tunc enim typis excusi nondum erant Commentarii Porphyrionis in epistolas et satiras, Acronis autem nondum in epistolas Horatii.* Namque editio princeps scholiorum a Guldinbeckio Romae impressa Acronem et Porphyrionem in carmina (incl. epodd. et carm. saec.) tantum et artem poeticam continet, editio Mediolanensis autem a. 1474. ab Anton. Zarotho emissa, aeque ex Cod. MSSo exscripta, prima Commentarium Acronis in sermones (at Porphyrionis scholia hac editione non continentur) exhibet. Vide quae de his editionibus Parisiis tradidi in Iahnii Annales philol. et paedag. 1830. V. 12. p. 459. not. 12 et p. 454—57. not. 9., cuius in versu tertio delere velis verba: „excusi sunt," typothetae culpa inserta.

**) Passow. in ed. Persii p. 145. laudat Commentatorem Ioann. Britannicum *„aus Brixen."* At v. Brixiensis (forma rec. ab Augustino usurpata) et Brixianus (vet. forma qua Liv. et Tacit. utuntur, et quae in vett. inscriptt. exstat apud Murator. Grut. et Orell. al.) significat eum qui vixit Brixiae, in illa colonia Transpadana, quam veteres scriptores saepius commemorant et recentius effossae inscriptiones, quas Io. *Labus*, doctissimus et solertissimus mihique valde carus archaeologus Brixianus Mediolani vivens illustravit; illa: „di una epigrafe antica nuovamente uscita dalle escavazioni Bresciane. Milano. 1830." notas criticas haud contemnendas de familiis *Minucia* et *Minicia* offert. Britannicum autem ibi vixisse, is ipse docet in epistola sua ad senatum populumque Brixianum scripta, his verbis: „illud addo me hanc interpretationem eo libentius suscepisse, quod a poeta secundam sat. ad Brixianum quendam Macrinum ratione temporum scribi coniiciebamus, ut latius in Comment. declaratur." Ibi addit: „invenio temporibus Persii quendam fuisse *Minutium* Macrinum Brixianum, virum magna quidem auctoritate ac singulari modestia, de quo ita scribit Plin. (I, 14. conf. Labus l. l. p. 21.): patria ei Brixia, *ex illa nostra Ita-*

nominis; alii, et ipsi editores, Commentatoris nomen*) cum loco impressionis permutant, alii denique multa de editionis cuiuspiam typis insulsa prolixitate garrulant**). —

Cuncta haec praefari hic non abs re alienum habui, ut adeo Viri docti idoneique harum rerum arbitri perspicerent, quid ego voluerim atque egerim et cur ita voluerim atque egerim. Proposui quidem ego discrepantiam editionum antiquissimarum Persii, non dubitans gratam eam fore philologis Nostrique amatoribus. At enim est nuperrime***) qui, licet potius editiones saeculi XVI. in-

lia quae multum adhuc verecundiae antiquae et frugalitatis retinet ac servat "

*) Sic *Achaintrius*, Gallicus editor, editionem *Scipionis Ferrarii* p. XXVIII. editionem Ferrarensem autumat. At liber, ut ipse editor et interpres, Venetus est, id quod ex epistolis, quae insunt, satis superque patet. vide inf. ed. O.

**) Hoc ne putes arrogantius dictum de iis, quae in ed. Feae (Bothe. Vol. I. p. XLIX—LII.) disserta sunt de editione illa Mediolanensi prima. Quae in Annalibus Iahnii p. 451—53 not. 3. obieci, ut validis testimoniis Van-Praëtii, Dibdinii et Heberi, arbitrorum locupletissimorum, quibuscum, libros manu tenens, sententiam meam communicabam, studiis Romanis sunt confirmata. Primo adspectu error Feae mihi apparuit, nam exemplum Corsinianum eadem est editio illa, quam prolixius descripsit. Conf. Maitt. p. 767. De Bure. I, 312. Brunet. II, 22. Bibl. Spenc. II, 66. Mitscherl. I. p. LV. Ebert. n. 10119. De vett. impressionibus Horatii, quas, quamquam plurimarum lectiones apparatus Babingtonianus mihi offerebat, religiosius tamen in Gallia et in Anglia ad verbum contuli, suo tempore locoque dicam.

***) Censor ille sagacior in diar. scholast. 1833. m. April. 4. p. 317. ita iudicat: *je mehr aber der Herausgeber auf die Stimmenzahl (der Handschriften) sieht, desto leichter wird er durch ein verjährtes Glossem irre geleitet, und rechnen wir dazu die leicht erklärliche Gefahr einer einseitigen Vorliebe für selbstverglichene Handschriften, so möchten wir die Vermehrung des handschriftlichen Apparates, so dankenswerth sie auch an sich ist* (sic), *doch eben nicht zu den wesentlichen Erfordernissen und Verdiensten eines neuen Herausgebers des Persius rechnen. Bei weitem nöthiger dünkt uns schon in kritischer Hinsicht* (sic?) *eine Vergleichung der älteren Editionen, die nicht nur manche sehr be-*

tellexisse sub nomine „vett. editt." videatur, malus iis pretium adsignarit, quam ipsorum Codd. Mssorum testimoniis. Quid ego de hac re sentiam, in aliquot adnotationibus ostendere conatus aut liberius professus sum; at quid praestet, re suapte cernitur. Quippe minime carere etiam nunc possumus, uti in Horatio (conferas T. Schmidium, Virum doct. deque Horatii epistolis bene meritum, qui secus iudicat Vol. I. praef. p. VIII.), sic in Persio, scriptore quoque fere saeculo permultum lecto et exarato atque inter difficiliores difficillimo *), cum accurato codicum vetustissimorum examine, tum glossarum cognitione. Quod ut quodammodo comprobarem, glossas nonnullas ex vett. Codd. meis petitas passim adposui, nec non hanc ob rem, ne in vituperationem incurrerem eorum, qui tenuem sterilemque lectionum variantium supellectilem et victum quasi fastidiant.

Editiones meas literis insignire brevitatis causa placuit, prout opus fuit. Vbi maior pars literarum notata te offenderit, (nauseo scilicet audire eos omnia diiudicantes arbitros, quorum unicum negotium est vituperare): hinc, et hinc solummodo, precor, factum puta, quod, quae in itinere ad duas diversas editiones casu quodam improviso conferre coactus eram, certius enotata dare malui, quam

---

merkenswerthe Variante, sondern auch insbesondere sich nach näherer Betrachtung als die Quelle mancher Lesart ergeben, die von den neuern Herausgebern mit unvergleichlicher Nachlässigkeit (ergo eas adire poterant!) *als Coniectur eines ihrer Vorgänger mit stolzer Verachtung bei Seite geworfen worden ist.*

*) Conf. F. C. Scalig. hypercr. p. 838. Hinc nullum tentamen respuere decet, quod tantulum lucis afferre Persio possit, ac doleo vehementissime, neque Dresdae, neque Lipsiae novissimam de prima satira disputationem *Ritteri*, Viri docti Marburgensis, in meum usum convertere potuisse. Quod in prodromo secundo meo propediem fiet.

aliquoties lectorem in suspenso relinquere. De harum editionum indole ac familiaritate sua vice aliquando accuratius videbimus, ubi omnes inter se componemus. Elenchum earum adiunxi hunc in finem, ut libros, quibus usus fuerim, cognoscere posses.

Notitia brevior de editionibus vett. in hoc opusculo a me adhibitis.

> Facile praevidebam fore multos, qui male collocata haec studia nostra existimarent. A quorum quidem opinione longe discedere TE memini, HEYNI.
>
> *Ioa. Aloys. Martini-Laguna* in epist. de vett. libris Pharsaliae ed. Web. p. 533.

1. *P.* *editio princeps* sine loco et anno, *Romae* circa a. 1470. ab Vdalrico Gallo (*Ulrich Hahn*) impressa. vide Audiffr. editt. Rom. p. 474. coll. p. 414. *Dibdin*. bibl. Spenc. Vol. VII. p. 63. coll. Vol. II. p. 217—219. et *Eiusd.* the library companion Lond. 1824. p. 631. (questionless *before* the year 1470). *Ebert.* bibl. Lexic. n. 16230. (exemp. bibl. Par. Reg. et Lond. bibl. Spenc.).

2. *A.* s. l. et a. *Argentorati* (non Basil. circa a. 1472. a Martino Flach (non Flach*en*) exscripta. vid. diction. bibliogr. Santand. n. 1063. p. 242—243. Errat Laire ind. lib. I, 165—166. cum auctt. Catal. de la Vall. II. n. 4889. cf. Bibl. Spenc. Vol. II. p. 223. *Ebert.* bibl. Lex. n. 16231. Involucrum exempli Bodleiani fert inscriptionem: „editio princeps." Idem collegerunt bibliographi quidam ex versu ad calcem posito: „*Explicit ignotus per totum Persius orbem*," qui omnino ex Codd. Mss. fluxit et in aliis quoque editionibus cernitur, ut in illa „ex archetypo probo et sincero" excusa et a Paulo Crosnensi magna cura et diligentia recognita." Crac. 1510. 4. vide Passow. p. 143. cf. Cod. Oxon. Rawl. B.

N. 110. saec. XIV., ubi Gallica manus paulo recentior eundem versum adjecit. Vox *ignotus* mutata legitur in Codd. Par. Regg. n. 8049. (saec. XI.) 8246. (saec. XIII. et 7984. (saec. XIV.): Explicit *intortus* p. t. p. orbem conf. Bandin. Catal. Mss. latt. II. 125. et 255. Cod. Flor. Laur. Plut. XXXVII. 19. (saec. XI.) sic exhibet: explicit *obscurus* p. t. p. *horcus.* orcus Cod. Ambros. Q. 21. (saec. XIV.). Unde luce clarius apparet, editionem, de qua loquimur, ex Cod. Mss. aliquo esse exscriptam, id quod praeterquam confirmant et singularum satirarum inscriptiones, et aliquot mendae, ut haec, quod ad finem verborum pluries o. scriptum est pro us; quippe hoc ex compendio (9) ortum puto. (Par. bibl. Reg., Lond. bibl. Spenc. et Oxon. Bibl. Bodl.).

3. *V.* s. l. et a. *Parisiis* circa a. 1472. typis Geringii, Crantz. et Friburger. soc. exscripta. Vide bibl. Spenç. II. p. 221—223. coll. bibl. Cassan. p. 160. *Dibdin.* introduction to the Knowl. etc. II. p. 144. *Ebert.* n. 11193. Item ex Cod. Ms. aliquo procusa est haec editio, lectionibus propriis referta. (Paris. bibl. Reg. et Lond. bibl. Spenc.). Ex hac profecta est

4. *B.* s. l. et a. *Andegavi* (Angers) inter a. 1476—79. Exemplum Bernense, quod penes Franc. Danielem et Bongarsium olim fuit, annexum est Iuvenali illi Pinerol. 1479. Descriptio eius exstat in Catalogo impresso biblioth. Bernensis, Sinneri, Persii editoris, conscripto auspiciis. *Ebert.* n. 16232. (in versibus adiunctis lege: Persi *tu* cito sculptus ades.).. Plurimas mendas edit. antecedentis abiecit, largam vero discrepantis scripturae silvam retinuit. (Par. bibl. Reg. et bibl. civ. Bernensium).

5. *C.* ed. item loci annique notis destituta, circa a. 1472. prodiit. conf. Audiffr. editt. Rom. p. 414. *Van Praë-*

thus in schedis suis Mss., quas, dum Parisiis commorabar, singulari sua erga me benevolentia mecum communicare dignatus est, refert haec: „sans date, mais de Venice vers 1472. on retrouve dans cette belle édition les caractères employés par Vindelin de Spire dans son Virgile 1470. néanmoins on soupçonne qu' ils sont ceux de l'Ausone 1472. *Ebert.* n. 16233. (Bibl. Par. Reg.).

6. *N.* s. l. et a. Falsa sunt, quae de hac edit. Dassdorfius *), biblioth. Dresdensis olim praefectus, tradidit Passovio, qui subinde (vide p. 207. 231. 249. 251.). nude eam insignivit nomine „Laverus," quod risum movet. Vide Mittarell. bibl. S. Mich. Venet. II, 227. *Ebert.* n. 11203. (circa 1481.). *Van Praetius* in schedis suis scripsit inter alia haec: „circa 1476. Mitarelli rempli ainsi les initiales du nom de l'éditeur: Explicit. Aquinatis. Feliciter. Emendatum. Per M(arcu) M. A(ntonium) S(abellicu)M." (Bibl. Par. Reg., Oxon. bibl. Bodl. et bibl. Dresd.)

7. *G.* s. l. et a. *Dibdin.* in bibl. Spenc. II. p. 124. not. profitetur: „I am decidely of opinion that the edition was printed at *Venice* (propter verbum ω̃ sat. I, 1. et 58. conf. II, 9.). Vide bibl. Spenc. II, 123. 124. conf. introduction to the Knowl. etc. II. p. 146. Catal. de la Vall. II. n. 2523. *Ebert.* 11191. 11192. (Bibl. Par. Reg., Oxon. bibl. Bodl., bis in Mus. Brit. et totidem in bibl. Spenc. n. 283 et 284.).

8. *R.* Sine anni nota, *Brixiae* (Brescia). Vide Audiffr. editt. Itall. p. 199. Panzer. Annall. typogr. IV. p. 264.

*) Verba eius apud Passovium p. 143. 144. sunt haec: „Editio haec rarissima a Georgio Lavero Herbipolitano Romae (iisdem enim typis usus est in Rationali anni 1477.) circa a. 1475. prodiit." Eadem fere in ipso exemplo idem Dassdorfius exaravit atramento. —

Brunet. Manuel du Libraire I. p. 610. bibl. Spenc. II. p. 119—121. *Ebert.* n. 11190. (Bibl. Spenc. et Mus. Brit.) Ab Oxoniensibus in bibl. Bodl. non custoditur, ut Dibdin. in libro: introduction etc. II. p. 146. opinatur.

9. *D. Brixiae* a. 1473. XIII. Kl. Agusti (sic). Vide Audiffr. editt. Itall. p. 137—138. Catal. P. A. Crevenn. III. p. 242. n. 4035. conf. Pinell. bibl. — Santand. dict. bibl. p. 78. n. 808. bibl. Spenc. II. p. 472—75. Dibdin. introd. II. p. 145. In calce dictus hic liber est „expressus Codex.“ *Ebert.* n. 11195. (Bibl. Par. Reg., Oxon. Bodl. et Lond. bibl. Spenc.).

10. *Y. Ferrariae* a. 1474. impr. ab And. Gallo, ex Cod. scripto aliquo saeculi XV. Vide Panzer. I, 394. Maittair. I, 339. bibl. dict. Santand. p. 80. n. 809. *Dibdin.* introd. p. 148. Repertor. bibliogr. (Clarke) p. 119. *Ebert.* n. 11197. (Bibl. Cantabr. Colleg. St. Ioh. et Lond. bibl. Richardi Heberi).

11. *E. Mediolani* a. 1474. ab Ant. Zarotho excusa prodiit. Vide Sax. hist. typogr. litt. Mediol. p. 561. Maitt. I, 340. de Bure III, 376. Dibd. introd. II, 149. *Ebert.* n. 11198. (Bis in bibl. Reg. Par., 1 in bibl. Bodl. Oxon., 1 in bibl. Ducis Marlborough. Blenhemiae).

12 et 13. *S* et *H. Mediol.* ab eodem impressore. vide *Ebert.* 11206. Differunt inter se hinc inde editt. Zarothi. (Bibl. Par. Reg.)

14. *F. Mediol.* a. 1476. *per Philippum Lavanium* (Lavagna). *Ebert.* n. 11205. Vide ed. Plum. p. VII. (Bibl. Par. Reg.).

15. *I.* „Impressus *Salutijs* Arte et impensis *Martini de Lavalle.* Correctusq₃ ac emēdat⁹ diligēti opa egrgij Mri Johanis (sic) gauterij rctoris scholarius (sic) Salu ciēsiū. Annō dñi. M.cccc.L.xxxi. die. x. Februarij.“

Idem Mart. de Lavalle (al. de la Valle) aliquot annis post impressit Paviae. vide Panzer II, 254. — *Vnicum*, nisi magnopere fallor, pulchri huius libri exemplar adservatur in *bibl. Bodleiana* Oxoniae. et descriptum est in libro: the typographical gazetteer by Rev. Henry Cotton. Oxon. 1825. p. 142. s. v. Salutiae. Panzerus nullam novit saeculi XV. impressionem Salutiis emissam, et omnes fere bibliographos fugit haec rarissima editio. *Ebertus* n. 16235. unicum hunc librum Salutianum saeculi XV. vocat, sed vide nuper quae *Const. Gazzera*, V. Cl., professor et bibliothecarius Taurinensis, Vir nescio eruditionisne ob copiam magis an ob candorem animi morumque lenitatem acceptus mihi et aestimatus, quaesivit et disputavit in libello: Notizie intorno alla origine ed al progresso dell' arte tipografica in Saluzzo. Saluzzo. 1831. tipogr. Lobetti — Bodoni 21. pagg. 8. (vide p. 14. conf. bibliot. ital. Octob. 1832. n. 202. Vol. 68. p. 32 sq.). In editione mea *distichorum moralium Dionysii Catonis*, cuius et scriptos et impressos fontes ubivis adii, ad libros Salutianos revertar. Pertinet autem haec Persii editio, quae, si octo aut decem mendas typoth. excipere volueris, inter correctiores recensenda est, ad familiam impressionum Mediolanensium, quibuscum communes habet plurimas lectiones, rationem orthographicam et dispositionem singularum satirarum, proprias tamen suas quoque tenet lectiones, quamquam pauciores. . . . .

16. Ψ. editio, quam excudit „magister Vlderic⁹ scIcēzēler Mediolaj M.cccc.l.xxx. Ita ad calcem habet exemplum Bodleianum quod vidi et in „prologo" adhibui. *Ebert.* n. 16234. dicit: „*die angebliche Ausgabe Mediol. Scincenzeler*, 1480. f. *in Cre-*

venza's 2m *Katalog* III, 164. *ist blos ein Druckfehler statt* 1490." Non operae duxi eam conferre, quia longe plurima pars locorum vexatorum erasa et atramento correcta in illo exemplo est.

17. *L. Lovanii* a. 1475. *per Joann. de Westfalia.* Colophon. q. u. ita se habet:

> „Presens satyrarum opus insigne Juvenalis ɀ (= et). Persii poetarū clarissimorū: extitit per Joannem de Westfalia in florentissima universitate Lovaniensi residentem: arte quadam caracterisandi modernissima: feliciter consummatum. Anno domini. M°. cccc°. . Lxxv. mensis septembris die vicesima." . Vide *Van Praet.* Catal. de Livres impr. sur vel. II, 77. *Dibdin.* introd. II, 150. *Ebert.* n. 11201. (Bibl. Par. Reg. et Cantabr. Coll. St. Petri.).

18. *K. Venet.* 1481. per *Baptist. de Tortis* cum Comm. Barthol. Fontii. In calce scriptum est: A. Persii Flacci Satyrarum finis. M. CCCC. LXXXI. Haec ed. non est notata ab Eberto. (Bibl. Par. Reg.)

19.*א. *Venet.* 1482. per eundem impr. *Ebert.* n. 16240. vide ed. Plum. p. VII. Utraque editio tamen maxime inter se discrepat, e. c. toti versus, (II, 16.; IV, 35.) quos in ed. K. desideras, in hac extant.

20.*Δ. *Venet.* 1482. d. 24. dec. per Magist. Renaldum de Novimagio (non: noviomagio) Theutonico, constans foll. 22. ut exemplum Dresdense, aut, sublato albo, 21., ut exempl. Bodl. Ebert. n. 16239.

21.*ב. *Venet.* 1484. d. x. Septembris per Dionysium de bertochis et Pelegrinum de Paschalibus Bononienses. Vide ed. Plum. p. VII. *Ebert.* n. 16241 †).

---

†) Editionibus Ψ. K. א. Δ. ב. *Fontii* Commentarius continetur

22. **M. cum Commentt. Jo. Britannici et Bart. Fontii.* „Impressum *Venetiis* per Bernardinum benalium Pergomensem et mattheum capcasam Parmensem anno natiuitatis domini. M. cccc. Lxxxxr. die jjj. Augusti.“ *Ebert.* n. 16245. Haec ed. est prima earum, quae Commentarios *Britannici et Fontii* coniunctos continent.

23. **α.* Pauli (sic) Flacci Persii poete Satyrarum opus. *Joa. Britannici* Brixiani Commentarii in Persium et Bartolomeii Foncii (sic) in Persio commentarii. Impressum sumptu diligentissimi uiri Joannis de Tridino. Recognitum uero ac castigatum ab | eruditissimo uiro *Bartholomaeo Merula* Mantuano. Anno a natali christiano. M.cccc. xciiii. die xiiii. Fe | bruarii. Regnante inclyto ac foelicissimo principe Augustino Barbadico. *Ebert.* n. 16248.

24. **β.* Repetitio editionis anteced., eodem Merula castigante, const. 49. non 50 foliis, quae arabicis numeris notata sunt. In fine scripta sunt haec; Impraessum *Venetiis* sumptu Nobilis Viri Domini Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis: per Magistrum Antonium de Gusago Brixiēsem Recognitum vero ac castigatum ab eruditissimo uiro Bartholomaeo Merula Mātuano. Regnāte inclyto ac foelicissimo pīcipe Augustino Barbadico. Anno Domini. 1497. die. 28. Septembris.“ *Ebert.* n. 16250.

25. **γ.* „Persius cum tribus comentariis. (sic).
Cornuti phylosophi eius preceptoris cōmentarii.
Ioannis *Britannici* Brixiani comentarii.

Eae editiones, quibus asteriscus est praefixus, in bibliotheca Dresdensi adservantur. Non possum non publica laude iam hoc loco commemorare valde humanum et promtum animum virorum eorum, qui huius urbis praesunt bibliothecae, quae *Eberti*, bibliographi magni, auspiciis gaudet.

Bartolomei *Foncii* comentarii. (Nota: in editt. α. β. γ. in titulo et vita praemissa dictus est ille interpres *Foncius*, in Epistola affixa ad Saxettum *Fontius*). Impressum *Venetiis* sumptu diligentissimi uiri *Ioannis de Tridino* Anno a natali christiano M. CCCC. XCIX. Die vero. IIII. Mēsis Nouēbris. Regnante inclyto ac foelicissimo principe Augustino Barbadico.

Fol. IIa. praemissa est.

1) Vita *Pauli* Persii Flacci equitis Romani per Cornutum phylosophum eius preceptorem foeliciter incipit."

2) epistola: „Clarissimo Angelo Marcello Magnico (sic) patritio Veneto; *Ioannes Benardus Sacerdos Veronensis* foelicitatem." Haec decem versuum epistola sacerdotis, qui „Cornutum eruditissimum Persii uatis praeceptorem ac eiusdem interpretem fidissimum diu mancum lacerum et temporum iniuria undecunque deprauatissimum operosa industria in pristinum candorem quantum licuit — redegit," — recludit nomen impressoris his verbis: „dilig. uiro *Iohanni tacuino* imprimendum tradidi." Ecce ergo editionem principem Cornuti veteris Commentarii, cui hoc lemma praepositum est: „Publii Annei Cornuti phylosophy: Annotationes in Publium Persium Flaccum discipulum foeliciter incipiunt." *Ebert.* n. 16253.

26.* *O.* f. a. *Venet.* circa a. 1500. 4.

Aulus Flaccus Persius Cum
glosis Scipionis ferrarii
Georgii filii de monte
ferrato artiū ꝛ me
dicine doctoris.

Haec omnia sunt quae in prima pagina leguntur. Ad calcem extant haec:

Cum Gratia ⁊ Priuilegio Ob Inuētionem. Ordinem. Modum. Industriam. Tabulam. Postillas. ⁊ Quottationes Auctoritatū (sic).

Procul dubio haec editio Venetiis prodiit, id quod patet tam ex typorum et lemmatum ratione quam ex ipsis lectionibus, quarum nonnullae interpreti sunt propriae. Interpres ipse, quem Passow. nimium extollit, in epistola dedicatoria se nominat „Scipionem *uenetum* Georgii filium de uerolēgo" et Franciscus rossetus Veronensis in literis salutem dicit „Scipioni ueneto Georgii filio de monteferrato. De impressore tamen non habeo quod statuam, vide *Ebert.* n. 16259.: (Bernardinus Venetus).

27. *ρ. s. l. et a. (Lips. Mt. Herbipol. circa a. 1500. fol.) „Persii Flacci nobilissimi Satyrici unicus: sed elegantissim⁹ Satyrarum liber," editio gothica, adornata ab Hermanno *Buschio* Pasiphilo, iuvene, ut apparet ex epigrammate sex distichorum ad finem:

ergo age primicias: nostre: studiose: iuvente
Sint quamuis modice tu tamen: oro: lege.

Vide *Ebert.* n. 16258.

28. * *X*. Ad calcem posita sunt haec: „Persius cum duplici (Badii Ascensii et Ioa. Britannici) commento finit feliciter. *Lugduni* solerti opera *Iohannis de vingle.* Anno salutis. Millesimo quingentesimo. VII. Augusti." vide quae dixi de ed. Q. infra. *Ebert.* n. 16254.

29. *T.* s. a. impressa exeunte saec. XV. *Parisiis* a Mich. Toulouse. Insigne typoth. fol. 1. nomen fert Michiel Tholoze, sed in fol. 18a. extant haec: Exaratum

parhisiis per michaelem thoulouze in vico amigdalorum commorantē diui Iaannis (sic) euāgeliste effigie ipsius edes indicante. Cōstat foliis 18. in 4. min. Fol. 17b. extat colophon:

Auli Persii Flacci satyrarum finis.
Tu qui suxisti de virgine virgineum lac
Celestis regni lectorem participem (sic) fac.
DEO GRATIAS.

Satiris praemissa est illa vita, cuius auctorem scimus Britannicum. Commentarius vero inest nullus. Eodem volumine continentur:

1. principes en franeoys imp. A. Denidel.

2. Ant. Mancinelli epitoma seu regule constructionis 1492. alex. de mediolano.

3. Regula elegantiarum Augustini Dati familiari Cōmentario declaratę cum francisci Nigri expositione a Iudoco Clichthoueo Neobordunensi. Parisiis. Denis Roce.

4. Tractatus de orthographia (Jo. Carthusiensis). Paris. Ant. Denidel.

5. Ars versificatoria roberti gaguini.

6. Fratris Baptistae Man. Carmelitae theologi an Reverēdissimum in Christo patrē ac Dnm. D. Oliverium Carafā. Sabinen Epm et Cardinalem Neapolitanū de suorum temporum calamitatibus. Paris. Michel. Lenoir. 1498.

Haec editio, quae maxime accedit ad familiam Ascensianam, bibliographos adhuc latuit. Adservatur Parisiis in bibl. S. Genovefae; Robertus, humanissimus eius praefectus, benigne mihi illius ut totius bibliothecae usum concessit.

30. *Q*. Ascensianae primae Lugdunensis repetitio a. 1500. IV. id. mai. Paris. a Thielmanno Kerver. Foliis numeratis LXXIX. in 4. constat. Ad calcem notata sunt

haec: „Impressum est denuo hoc opus in nobilissimo Parrhisioru gymnasio anno MD. *ad quartu idus maias:* solerti opera Thielmanni Keruer. Recognitum diligentius ab ipso interprete. Omnes autem cartharum complicationes rursus quaterne sunt.“ Titulus; ornatus insigni impressoris IEHAN PETIT, est hic:

P. Auli Persii familiaris explanatio Cum
Ioan. Britannici eruditissima interptatione. (ut ed. X.)
Eadem pagina prima exhibet;
Argumenta satyrarum ac prefationis
Persiane per Iodocum Badium.
Preludendo docet Satyram se scribere posse
Scriptorem in Prima satyra reprehendit ineptum
Uota nephanda auidi: sacra pontificumq; Secunda.
In Terna ignauos notat inflatosque potentes.
Carpitur in Quarta rex τ (=et) reprehensor ineptus.
Seruire in Quinta stultiq; maliq; probantur.
In Sexta heredi taxat nimium cumulantem.

Eadem leguntur in ed. X., quae tamen sui impressoris ornata est insigni.

Richardus Heberus, Vir egregius, penes quem hic rarior liber est, inter alia mihi tradidit haec: „This is probably the same edition as that inconveniently cited by Panzer II. p. 337. n. 634. on the aucthority of Maittaire p. 727. as being in 8vo and containing the commentary of Britannicus, no mention being made of that of Badius. On turning to Maittaire it appears that he had never seen the ed. in question, in as much as he gives no printers name — — — — — Panzer I. p. 557. n. 237. cites this same note of Maitt. p. 777. and mentions II. p. 662, for a Lyons ed. of Persius - dated 1500 — printed by Joh. de Vingle. in 4 th. with the joint

commentarius of Badius Ascens. and Britannicus; which ed. if it exists, is no doubt the first ed. of Badius Commentary. The present, if not the first, is probably the second. Badius dedication being dated 1499 ad Sext. Kal. Febr. ex officina nostra Lugdunensi." — — Ex his omnibus mihi apparet, editionem quam agimus, siquidem verbis in calce positis fidem habere licet, prius prodiisse supra dicta ed. X., tres autem deinceps in vulgus missas fuisse editiones Ascensianas: primam Lugduni a. 1499. fortasse mense Febr., deinde nostram Parisiis a. 1500. mense Maio, tertiam denique illam ed. X, iterum Lugdun. Mense Augusto. —

Iam quamvis non ea sim arrogantia, grande aliquid ut his exegisse mihi persuadeam, neque tanta fiducia, ut sperem fore ut imperfectum hoc et mancum aetatis iuvenilis specimen eam vim sit habiturum, ut plurimas et maximas eo difficultates ex prima Persii satira remotas Viri docti iudicent: magno tamen opere me laetaturum ingenue fateor, si ex sapientioribus iudicibus, qui non quemadmodum nonnulli solent, insuper habeant et liberalis hominis studio indignum prorsus censeant accuratius veteris editionis cuiuspiam examen, oleum me et operam eiusmodi curis haudquaquam perdidisse audivero, atque sicuti a novitatis favore, ita ab utilitatis emolumento haud parum iis accedere commendationis. Quarum tamen si quae utilitati magis consulere aliquibus quam elegantiae videantur satis facere, *hos rogatos cupio etiam atque etiam, has plagulas ut ne forte editionis meae specimen esse existiment*, neque exspectent quod hic neque dare volui neque potui, partibus suis quidem absolutum aliquid, curatius limatum diligentiusque perpolitum idoneove quolibet doctrinae praesidio firmatum,

quippe qui non dubitaverim ipsa libelli adiecta altera inscriptione indicare et profiteri, versari has meas quaestiones ac fugitiva fere manu adspersas adnotatiunculas non in rerum praeter modum arduarum perfectione, sed conatu quodam tantum debere praevioque periculo. Quodsi contra quae e penu meo discrepantium lectionum opulentiori depromta, atque, ubi calculo meo qualicumque adiecto lucem aliquot locis accendere tentavi, delibata ac disputata animo veri amantissimo sunt, non prorsus iniqua arbitrorum ferre suffragia intellexero: omnium inde meorum huius generis laborum spinosissimorum praeiudicii aliquantum capere animosque excitans omen aliquod licebit.

Verumtamen pauca haec omnia ocius mensibus sex quam a Praeside nostro decretum aliquando atque apud nos constitutum erat, sic literis ut mandarem, monuit maturior scribendi opportunitas. Hinc est potissimum, quod non dubito nihilque laboro, quin veniam sim impetraturus eorum, quorum exspectationi non omnino satisfacere potuero. Quippe evenit nuper provincia nobis invitandi Tutores ac Patronos, Fautores et Amicos scholae iuventutisque nostrae. Frequentes igitur ut adesse dignemini, VOS, VIRI NOBILISSIMI, ILLVSTRISSIMI, SPECTATISSIMI, COLLEGIORVM REGIORVM PROCERES ET OMNES OMNIVM ORDINVM VIRI, nec non VOS quicumque educationi et institutioni iuventutis bene cupiatis, atque aut publico quopiam vel privato patrocinio nobis coniuncti sitis: VOS OMNES ut praesentia VESTRA examen nostrum ornare audiendique benevolentia adiuvare velitis, summa qua par est observantia et officio rogamus.

Scribebam Dresdae ipsis idib. Aug. MDCCCXXXIII.

AVLI PERSII FLACCI

SATIRA PRIMA.

Magnam utilitatem afferunt hominibus, qui veterum libros emendant. — Perridiculi nostra aetate videri possunt, qui cum nullius rei notitiam habeant, profiteri se librorum correctores audent, cum tamen corruptores potius sint appellandi.

Francisc. Robortellus de arte sive ratione corrigendi Antiquorum libros. p. 99. ed. Gasp. Scioppi. Amstelod. 1662.

AVLI PERSII FLACCI

SATIRAE.

I.

Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnaso

Flacci Persii Volterani satyrarum prima foeliciter incipit. P.

Persii Lucillii Auli Flacci Poete Satirarum: Liber feliciter incipit. A.

Auli Persii Volaterrini satirarum. libri. principium. contra poetas arrogantes. prologus. Y.

Auli Flacci Persii satyra prima. N. G. R. D. L.

Auli persii flacci in satyrarum librum prologus constans metro iambico trimetro. V. B.

Prologus. P. Auli Flacci persii poete. satyrarum opus. C. ϱ.

Auli Persii Flacci satyrarum liber. F. S. H.

Auli Persii Flacci satirarum liber. E. I. (perperam Cotton: satyrarum).

P. Auli Persii Flacci in satyras prefatio. Q. X.

Pauli Flacci Persii poetae satyrarum opus. (satirarum K. O. Ψ. Δ. γ.) א ב. α. β. M.

Auli Persii flacci satirarum opus. T.

v. 1. *Nec fronte* E. —

v. 2. *parnaso* P. A. V. C. B. E. F. H. S. I. K. M. O. Ψ. א. ב. ϱ. γ. β. α. *parnssao* N. *pernaso* Δ. Q. X. T. *parnasso* D. G. R. Y. Omnes Codd. Mss. mei hab. aut *parnaso* aut *pernaso* (cum compendio),

Memini, ut repente sic poeta prodirem.

Heliconiadasque pallidamque Pirenen

---

et recte. Videsis Terent. Scaur. p. 2257: „non potest lit. *s.* geminari nisi correpta vocali praecedente.“ Conf. Vel. Long. p. 2232. 2238. Cornut. ad Cassiod. p. 2283. Prisc. p. 557. Defendunt hanc scriptionem Drakenb. ad Liv. XLII, 16, 1, (coll. XXV, 24, 8; XXXVI, 14, 11; XXXVII, 60, 7; XXXVIII, 39, 9.) ad Sil. XV, 311. C. L. Schneider. II, p. 441. coll. p. 398. 431. I, 346. Grut. p. 752. n. 2. Broukhus. ad Prop. II, 23, 13. Heins. ad Ovid. Met. I, 467. coll. ad III, 343. (ibi Burm.) Pier. ad Virg. ecl. X, 11. Schaefer. mel. crit. p. 1. 2. coll. editt. Passovii et Plumii. Similia proponunt Eckhel. II, p. 140 sq. 36. 308. 586. III. 439. Iac. A. P. p. 886. Heusing. ad Cic. Off. I, 24, 9. — Locus Quinctil. I, 7, 20 non huc spectat omnino. De graecis huiusmodi verbis, quibuscum paulo aliter res se habet, (vid. Buttm. ausf. Gram. §. 21. not. 9.) alias videbimus. Offendi tamen aliquoties *Παρνήσσος* in Codd. Apollonii Rhodii et Theocriti et *Ἁλικαρνασσέως* in Codd. Dionysii Romanis et Venetis. *sopniasse* F. S. *somiasse* Y. *im bicip.* R.

v. 3. *Memini me: ut* A. B. V. D. R. K. א. ב. Δ. *ut sic rep. poeta* O. א. ב. Δ.

Memini: repente sic ut po. L. Rel. *Memini, ut rep. sic po.*

v. 4. *Heliconidasque.* C. Q. X. T. *aeliconidasque* B. V. *eliconiadas: pall.* R. G. *aeliconiadas et* A. *eliconiadas et pallid.* Y. *heliconiadas et pall.* F. S. I. *heliconiadas:* (*que* del.) M. O. *γ.* *helconiadas pall.* *β.* Rel. *heliconiadasque pallid. palid.* *γ.* *pallidam* (del. *que*) A. Y.

pyrenem D. F. M. O. I. *α.* *β.* *γ.* *pyerenem* V. *pyrenen* B. N. E. S. Q. X. *pirenem* P. R. C. G. Y. K. A. א. ב. Δ. rel. *pirenen.*

Illis remitto, quorum imagines lambunt

---

v. 5. *illi relinq.* α. β. *relinquo* omnes (*reliquo* E.); sic etiam maior pars Codd. Mssrum. Nihilominus cum Casaubono, Orellio et Webero legas *remitto*, quod non solum minoris aetatis Codices tuentur, ut Florent. Riccard. 701. (saec. XIII.), Flor. Laur. plut. XXXIV, 21. et Rom. Angelic. J, 6. 6., qui habet: *remicto*) I. m.: „*al. relinquo ego relinquo.*" (saec. XIV.) Paris. Reg. 8293. Mediol. Ambros. F. 59. et Rom. Casanat. H. IV. 9. (saec. XV.), sed etiam vetustiores, ut Flor. Laur. Pl. LXVIII. 24. saec. XI., ubi man. 2. saec. XV. delevit *mitto* et posuit *linquo*, Paris. Reg. 8049 (saec. XI. ineuntis) et 8272 (saec. X.); huic utrique adspersa est glossa: *concedo*. Ne te fallant Codices cum hoc duplice glossemate: *remitto*, *concedo*, ut Bernensis ille n. 257. saec. X., quem eundem puto cum Bongarsiano a Casaub. ad h. l. laudato. Ibi prior vox mihi videtur maioris esse aetatis, quippe ex vetustiori aliquo Cod., quem idem scriba adhibuerit, petita. In hoc Cod. Bernensi saepissime supra verba Persii alia a 1. m. sunt scripta, praemissa aut litera (siglo) l. i. e. vel, aut syllaba al. i. e. alii sive aliter. Atqui apparet, eiusmodi lectiones, si a 1 m. exaratae fuerint, scribae aetate maximam partem superiores esse et perperam interdum a m. 2. scriptas tradi. At enim vero librarii, quae ex arbitrio emendaverint vel ex ingenio corrigenda putaverint non hac ratione significaverunt, sed sua quae in mentem venerint, nescio maiorine confidentia an levitate in ipsum contextum orationis recipere soliti sunt, lectiones veras tamen cum religione quadam vel supra versus in glossarum speciem ponentes, vel, idque non raro ex aliis Codd., ad marginem tamquam lectiones discrepantes, addita voce altera utra. Evidentius hoc apparet ex v. 14., ubi Codd. Reg. 8272 et 8049. haec a 1. m. scripta praebent: *melos) dulcedinem*, in aliis est

---

nectar. Ita deinceps lectio vera videtur inquinata esse: *nectar, dulcedinem, mel, mellos, melos, carmen.* Notat Scip. Ferrarius: *melos*) dulce et nectareum carmen, priorem habet correptam. (in contextu extat *mellos*). Vide sis Cod. Oxon. Bodl. F. 1. 15. saec. XI, lib. optimae notae, qui habet; *nectar*) i. e. malus (sic), melos, carmen. In eodem Cod. optime cognosces originem lectionis *relinquo* ex verbis: *relinquio*) pro eo quod est | vel relinquo. permitto concedo | In Cod. Emmeramensi Ratisbon. F. 1. bibl. Monac. saec. X. extat *remitto*, sed man. 2. eiusdem fere temporis tertiam istam glossam: „*vel relinquo*“ tamquam diversitatem lectionis addidit; et sic porro haec in Codices et in ipsam Passovii editionem irrepsit, nuper a Plumio denuo vindicata. Hinc tamen duo inprimis commendanda nobis videntur, et alterum quidem, ut praeter editt. vett. Commentariosque Codices Mssos Persii consulamus: sunt autem nuperrime qui aliquid salutis inde redundaturum desperantes hoc dissuaserunt; deinde eos ut recte adhibeamus, magna glossarum habita ratione.

Idem valet de Codd. Horatii; monendus tamen ibi est criticus, ut ne nimiam glossis fidem habeat iudiciumque potius primum esse iubeat arbitrum et quasi spiritum divinantem, lectionum glossarumque aquas moderantem. Trium quos eligere placet locorum primus est epist. 1, 15, 46. Habet ibi Cod. J. (Reg. 7977. 9. ap. Pottier.) *villis-munitionibus*, et Cod. 1. (Paris bibl. de l'Arsenal): *villis* i. e. *pulcris monicionibus*. Apparet librarios glossam alienam transscripsisse ex libris qui tenerent lectionem *vallis*. Ita autem omnino man. 1. exaraverat in Antiquiss. Codd. Parisin. E. B et φ. (Vanderb.), quorum ultimo ea-

Ad sacra vatum carmen affero nostrum.

---

dem glossa a 1. m. data est. Erasae tamen vulgo sunt literae suspectae. Sic epist. II, 2, 83:

— — — — ingenuique

Libris, et Curii statua taciturnius exit.

Comm. Cruq. ad h. l. habet haec: et statua *Curii* quantumvis annosa, muta manet, licet ea sit aenea vel plumbea in urbe Roma loquacissima. Schol. Porphyr. his verbis utitur: ingenium scilicet an statuam pro re qualibet dixit, an ideo cum duplex sit plumbeus (sic Codd. mei), nam Curius (in edit. Fabricii: Turrius, in ed. principe Ven. 1481: turius) ob seueritatem taciturnus fuit. Scholia in Codd. vetustiss. Parisinis E. B. φ. (Codd. A et C. librum 2. epistolarum non continent) et in Codd. 1 et 2. (Mss. Harl. n. 2725 et 2688. in Mus. Brit.), duobus antiquissimis qui penes Anglos sunt Codd. Venusinis, extant haec: Curius ob (nimiam 1. 2.) seueritatem taciturnissimus fuit multasque statuas marmoreas fecit. Cod. Urbinovat. n. 1703. saec. X., qui lectionem vulgarem recepit, scholii veteris fragmentum retinuit hoc: qui ob seueritatem taciturnissimus fuit. Lectio: Libris, et Curii statua tac. e. occurrit etiam in Cod. Bernensi A. (de quo dixi in: *Neues Archiv f. Philol. u. Pädag.* 1829. n. 56.), in Regg. Parisinn. P et R. in Flor. Laur. Plut. XXXIV. 2 (saec. XV.) et in Riccard. 590 (saec. XV.), in Ambros. D, 9. (de quo vide Annall. ed. a Iahnio 1830. II, 4. p. 427—30) et in antiquissimis Codd. Suecovaticanis n. 1666 et 1675 (saec. X.) Iam Cuiac. in observatt. lib. X, c. 18. ed. Colon. 1598 p. 560. ita proposuit: inde corrige quae in scholiis Pulmanni ed. Nic. Hoennigeri Basil. 1580 perperam exscripta leguntur. In aliis Codd. extat: *Curiis* stat., e. c. in Flor. Riccardd. 585. (saec. XII.) et 586. (saec. XIV.), et sic Porphy-

Quis expediuit psitaco suum χαῖρε,

---

rionem legisse opinatur P. Pithoeus in apparatu, quem in bibl. Bodleiana Oxon. summa cum cura marginibus ed. Basil. 1580. adscriptum feliciter deprehendi, quemque Bandinellus, D. Doct. et Prof. et bibliothecae praefectus, mihi pro insigni sua humanitate describendum curabit. Cum hac lectione et glossa velis componere ep. I, 20, 2. *pumice nudus*. in Codd. Parisinn. B. E. φ. H. I. (glossa in B et φ: incomptus adhuc) et sat. I, 3, 29. *minus actus acutis naribus* h. h. in iisdem Codd. E. B. φ. (glossa in B. φ: *irrisus*). At enim ista glossa ad v. Curii posita si non veram Horatii lectionem praebet, Porphyrionis tamen iudicium de h. l. aut priscae alicuius scholiorum familiae testari videtur.

Multum ab his tertius denique distat locus, quo lectio vera glossemati inserto plane cessit, et quidem, ut versimile est, inde a saec. XII. Legitur in epist. I, 16, 45.

— — — — — — — Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum; *qui* leges iuraque servat?
Quo multae magnaeque secantur iudice lites?
Quo res sponsore, et *quo* causae teste tenentur? —
Sed — videt *hunc* omnis domus et vicinia tota
Hunc prorsus turpem, speciosum pelle decora.'

Coniectura haec mea, quam aliquot abhinc annis cum Obbario et Orellio meis communicaui, Viris ingenii praestantia non minus quam doctrinae copia insignibus, pluribus confirmata est Codicibus vetustissimis ut Regg. Parisinn. E et B; Cod. A et Urbinovat. 1703, de quo vide supra, praebent: *improrsum* (a 1. m.) Cod. Paris. Reg. φ habet: *Huncpror-*

Picasque docuit verba nostra conari?

---

sus (m. 2. ū corr.). Eandem lectionem *hunc prorsus* vidi in Cod. *β.* olim St. Victor. nunc Paris. Reg. et in Codd. 6 et 7. Burneian. n. 177 et 178. in Mus. Brit. (saec. XII.). Quid autem? Adiecit librarius aliquis, ut verbum *turpem* nude positum definiret et oppositionem clarius significaret, glossema: *introrsus,* unde paulo post factum est *introrsum,* quod certe in supra dicto Cod. Burn. 6. glossae vicibus fungitur. Glossema hoc serius per simplicitatem suam arrisit monacho, qui in contextum id recipere eo minus haesitabat, quod recordaretur aut similem locum Horatianum II, 1, 64—65 in sermonibus, quippe qui in plurimis vett. Mss. epistolas praeeunt, vel etiam versionem illius pervulgatissimi loci Evang. Matth. 7, 17: ἔσωθεν -- ἐνδύμασι προβάτων. Mitto leviorem rationem hanc, quod priori huius versus parti in omnibus fere Codd. qui glossis gaudent adspersa sunt haec quae ad posteriorem spectant: „fama solummodo bonum"; respicias potius relativum pronomen a fronte trium qui antecedunt versuum vividamque Horatii orationem, praesertim post ter repetitam interrogationem. Caeterum facile patet, cum ne una quidem harum lectionum Venusinarum eruta adhuc sit, Virorum doctorum, qui codices dictos inquisiverunt vel potius per transennam adspexerunt, socordia et negligentia. —

v. 6. *sequaces. At ipse* R. *Δ.* *sequaces. at.* ℵ. *haederae* K. Δ. Ψ. *semi paganus* Y. *semiphaganus* Δ. Ψ.

v. 7. *carmen Offero* P, *carmen hoc aff.* B.

v. 8. *psyttaco* K. ℵ. *psyttaca* Δ. Ψ. *psytaco* T. D. *psittaco* H, φ. rel. omn. *psitaco*, et sic cum Codd. meis scribo; item *litus*, *litera*, *causa*, *imo* al. Sitne vox latina an graeca, nihil refert.

Magister artis ingenique largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.
Quod si dolosi spes refulserit numi,
Corvos poetas et poetridas picas

Χαῖρε Y. *chaere* O. ב. Δ. Ψ. : N. E. S. ? F. M. *cherae* G. R. K. א. γ. *chere?* B. V. L. I. T. Q. X. rel. *chere.*

Post v. 8. in edd. B. Δ. Q. X. T. interpositus est hic: *Coruos quis olim* (*suum* B.) *concauum salutare?* Badii Ascensii nota est illa: „Versus hic a Fontio non ab aliis ponitur.“ Vide adnotationem Weberi. At post annum 1491, quo primum prodiit Commentarius Joa. Britannici coniunctus cum eo Fontii, ille versus in editionibus Britannici omittitur, commento tamen Fontiano in h. v. non abiecto; cum editt. Ascensian. demum (inde ab a. 1499 sqq.) versus iste, adiecta nota Badii, lucem recuperasse videtur. Quoad notam Badii vide tu, utrum editor Andegavensis iam adhibere potuerit primam editionem Comm. Fontii a. 1477.

v. 9. *picas quis* P. G. R. L. M. Q. X. T. α. β. *picasque edoc.* Y. rel. *picasque doc. nostra verba* P. V. Y. R. F. S. K. ϱ. א. ב. Δ. Ψ. rel. *verba nostra.*

conati: K. Δ. *conari:* C. γ. *conari* A. O. R. G. D. rel.?

v. 10. *ingenique* C. I. Q. rel. *ingentique.*

v. 12. *refulserit* omn. *numi* B. V. G. R. *dolisi* K. Δ.

v. 13. *poetidas* Q. X. T. I. M. α. β. γ. *pooetridas* V. rel. *poetridas.* Haec rarior forma ex omnibus Codd. Mss. priscioribus restituenda videtur. Pauci recentiores verae lectionis vestigia sequentes fluctuant inter *pieridas* (Par. Reg. 8273. saec. XV.), *poeticas* (Reg.

Cantare credas Pegaseïum nectar. —

„O curas hominum! o quantum est in rebus inane!

8293. saec. XV.) et *poetidas* n. 8060. eiusd. saec. Ne unus quidem meorum habet: *poetrias*, quod post Scoppam Casaub. et Reizium multos vindices nactum est. Glossa vet.: poetriae studentes. Potest in Persio ferri vox *poetridas* eodem iure, quo *Pegaseïum* v. subseq. Conf. Passow. p. 230. 231. Iacobs. ad Anthol. XI. 92.; Valck. ad Adon. v. 21 et ad schol. Leid. p. 65. Lips.; Brunck. ad Ar. Nub. 728.; Lobeck. ad Phryn. p. 255—257.

piccas β. rel. omn. *picas*; male vidit Passow. p. 227. Ferrarii exempl. Dresdense habet *picas*, non *picos*.

v. 14. *mellos* M. O. Q. X. T. α. β. γ. rel. omn. *melos*. Vide quae dixi ad v. 5.

pegaseum P. A. N. B. D. G. L. K. V. R. א. ב. Δ. rel. *pegaseium*.

per pegaseum melos א. ב. Ψ. Δ.; in R. vox *per* erasa est. *Cantare peiaseium melos credas* C. ϱ.

v. 15. Post iambicam introductionem, in qua Persius numeris graecis iocose usus est, satira prima una serie continuatur cum verbis monitoris aut amici alicuius. In edit. Q. X. T. personae dialogi ita sunt significatae: v. 1. O cur.) Pers. v. 2. Quis leg.) monitor. min tu) Pers. nemo h. e.) Mon. nemo) Pers. v. 3. Vel duo) Mon. turpe) Pers. v. 10. Nolo) Mon. v. 11. Quid fac.) Pers. v. 28. At pulch.) Mon. v. 30. ecce inter) Pers. v. 40. rides) Mon. ait) Pers. et nim.) Pers. v. 44. Quisquis) Pers. v. 96. arma) Mon. v. 97. ut ramale) Pers. v. 98. Quidnam) Mon. v. 99. Torva) Pers. (non in T.) v. 107. Sed q.) Mon. v. 110. Per me) Pers. v. 119. nusquam) Mon. v. 120. hic tamen) Pers.

Quis leget haec?" — Min' tu istud ais? Nemo hercule! — „Nemo?" —

Vel duo, vel nemo. — „Turpe et miserabile." — Quare?

Ne mihi Polydamas, et Troiades Labeonem

Lemmata extant haec:

Satyra secunda P. N. G. D. R. L.

Satyra prima C. K. M. ϱ. F. H. S. I. Q. X. (T.) O. א. ב. Δ. Ψ. α. β. γ.

Satyra prima in uanos poetas (*pooetas*) V.), *recitatores, et auditores eorumdem! quod vana scribunt, recitant, et audiunt;* V. B.

Persius hac uanos conatur carpere vates. F. H. S.

Contra scriptores et oratores et auditores foruses (sic) Y.

Scriptorē in prima satyra reprehendit ineptum Q. X. T. ω̄ *quant.* G. eadem scriptio occurrit v. 58. cf. II, 9. cf. Dibdin. in bibl. Spenc. II. p. 124. not. *quantum in* (del. *est*) N. R. F. *hominum?* (del. o) *quant.* B. V. (.) *inane est* N. R. G. D. K. Δ.

v. 16. *ais* P. γ. *ais:* ב. *mi; tu* H. *leget: haec min* β. *iustud.* M. *nemo. hercule nemo* O.

v. 17. *miserabile quare* α. β. γ.

v. 18. *Nec mihi* P. *michi* O. *Nae mihi* R. D. G. H. E. S. *Ne* ergo Io. Britannicum primum proposuisse hanc lect. credas. vid. diar. Schol. 1833. 4. p. 320. *Non mihi* Y. *Pollyd.* R. D. E. F. S. *pollid.* B. *pulid.* Y. cf. ed. Reiz. et Heins. ad Ovid. Met. XII, 547. *polid.* A. O. Q. X. T. rel. *polyd.* cf. Drakenb. ad Sil. XII, 212. Broukh. ad. Prop. III, 1, 29. Heins. ad Ovid. Her. V, 94. Pass. p. 247.

Praetulerint? — Nugae! Non, si quid turbida Roma
Elevet, accedas; examenue improbum in illa

---

troades P. M. K. O. I. ℵ. α. β. γ. *troadas* D. G. R. *troiadas* L. rel. *troiades*, *nec tr.* N.

v. 19. *Praetulerint?* D. N. R. E. F. H. S. I. K. Q. X. T. Rel. *aut praetulerint aut:* β. *aut.* α. γ. *num si q.* B. I. *turbidi* K. ℵ. *rhoma* L. *turb. roma?* K.

v. 20. *accedas?* B. V. *eleuet!* V. (hoc sign. saepius in edd. V. et B. pro: et; ponitur).

examen et imp. N. R. D. H. *examenque* P. K. ϱ. *examen ue* L. E. F. O. Q. X. T. rel. *examenve.* Perperam ergo Passow. refert p. 249: „*Doch findet sich in den ältesten Ausgaben bis zum* Ferrarius *durchgängig* *examenque.*" Pertinet *non* aeque ad *accedas* et ad *castiges*; *si*=*sive*, *ue*=*neue.* De Permutatione vocularum *ve* et *que* vide Jahn. ed. 2. Horat. Lips. 1827. p. 266. 267. ad sat. II, 3,157 ubi suo tempore fusius ea Codd. meis earum usum illustrare conabor. Non satis retundi potest impetus eorum, qui levius ubique particulam *ve* pro *que* et *que* pro *ve* inferunt. Vid. Ouwens. Noct. Hag. p. 368. Voss. ad Virg. Georg. I, p. 183. Heyn. ad Virg. Aen. VI, 615. Codices in plurimis huiusmodi locis omnino diligentius inspiciendi et attentius audiendi sunt: vid. Obbar. ad Hor. epist. I, 10, 28. Nostro loco quidem priscissimi aliquot et optimae notae Codd. habent *examenque*, sed longe plurimi iique non minus vetusti: *examenue.* Ille Monac. saec. X. praeditus est glossa: „pro neque" (1. m.), Bernensis n. 257. eiusd. saec hac: „pro ne" (1. m.). Duo autem sibi sunt opposita: sive praedicet, sive improbet inconstans Romae et corrupti iudicii turba; deinde: tu sive laudans accedas, sive obtrectans distes, discrepes. Ut v. *ele-*

Castiges trutina, nec te quaesiveris extra.

Nam Romae est quis non —? — Ac — si fas

dicere! Sed fas

---

vare accipias cum Fontio pro „efferre et laudare," cum Ferrario pro „altum facere laudando" (αἴρειν Pass. p. 248.), atque auctore Agroetio de orthogr. p. 2270. 26. pro „in altum extollere," suadet tam antecedentia (laudes Labeoni tributae a Graecis qui Romae tum docerent rhetoribus), quam notio verbo *accedas* adhaerens. Non assequor, quomodo Passow., qui eundem sensum eruens vertit: „*ob laut die stürmische Roma preist,*" vindicare potuerit *examenque. Nec* (i. e. sive laudans, sive vituperans) *te.*. leg. omn.

v. 21. *quesieris* A. V. B. *quaesieris* Y. rel. *quesiu.* et *quaesiu.* *trutina?* V. *extra?* R. N. D. K. Δ.

v. 22. *ah si fas* P. V. B. Y. ecce libros *alios* illos Asterio Manlio Parm. priores. vid. Casaub. et Web. *at si f.* N. D. L. E. F. H. I. O. Q. X. R. (ante et post voc. *dicere* rasura), *quis non? sic fas* (del. *ac*) C. *ac si: fas* Δ. *sic fas* ϱ. Rel. *ac si. diceret: sed* D. F. S. *rome quis* (del. *est.*) A. Y. T. *romae est quis? non:* K. Δ. *romae est: quis non? α. β. quis, non?* L. *quis? non ac* ב. rel. *romae est quis non?* Non opus est, ut olim tentaui, distinguere: *Nam Romae est quis, non .....?* (pangens carmina aut diiudicans), neque emendatum ire: *N. R. e. quisnam...?* i. e. ne Romanorum solertiam tanti pendas; nam Romae penes quem est recte iudicandi facultas? *Ac — si f. — Ja, und wenn ich in Bezug darauf mehr sagen dürfte!* Ferri commode potest *ac*, dummodo ex enunciatione negativa petiveris affirmationem: quisque. Aposiopesin expleas ex v. 27.: quis nostrum, cives Romani, est quin carmen aut censuram scribat? Sed

Tunc, cum ad canitiem et nostrum istud vi-
vere triste
Adspexi, ac nucibus facimus quaecunque relictis;

---

qualia sunt! Non possum non ridere: scribimus, inclusi (conf. *nec te quaes. extra*) etc. Noli explicare ita: Romae quis non est i. e. vivit et quae ibi aguntur advertit? *Ich müsste nicht in Rom leben und das literar. Treiben da kennen.* Ceteroquin facile ab exilio defendi potest v. *est*, bene confirmata Codd. fere omnibus meis; mihi quidem propterea perplacet, quod naturae hominis maxime consentaneum duco, per ambages dicere, quae quis suo verba declarare aut nolit aut cunctetur. —

v. 23. *Tum cum* P. A. *Tunc ad* (del. *cum*) F. H. S. rel. *tunc cum*. *Cum* per tot. lib. scribunt omnes, *cum* et *quum* promiscue A. N. R. D. E. G. O. *quom* V. B. *illud. viv.* R. F. S. rel. *istud.*

v. 24. *Aspexi* cum. *ac nuc.* P. A. L. *γ.* rel. *et nuc. quaecunque* et *quecunque. quaecuq.* D. *faciam:* N. *faciam* O. *patruos tunc:* *tunc* P. *cachino?* B. D. G. V. R. L. *α. β. γ. cacho* O. *cahinno* A. *chachinno?* P. *cum petul.* z. Ita distinguendum puto: sed — — (liberrime dicam) sum p. sp. c. Similis breviloquentia apud Horat. epist. I, 1, 13—15; 18, 28. Olim mihi probatum est: *sed sum p. splene:* — *cachinno.* Sed vix bene dicas: *sum splene petulanti.* Aliae dictiones ut: *bono animo esse*, cum hac minus faciunt. Vide Meister. Heindorf. Plani. Velis tu diiudicare, praestetne haec, quam aliquando excogitavi et probavi, non prorsus absona distinguendi sententias ratio: Ac — si fas dicere! — Sed fas! — Tunc, cum . . . . relictis; cum . . . patruos —: tunc, tunc, ignoscite, nolo. i. e. dicere s. satiram scribere, Quid faciam? Sed sum p. sp. cachinno: Scribimus . . . et rel.

Quum sapimus patruos: tunc, tunc — — ignoscite — Nolo. —
Quid faciam? — Sed — — sum petulanti splene cachinno:
Scribimus, inclusi, numeros ille, hic pede liber

---

v. 27. *Scribimus inclusi: numeros ille* omn. *inclusi* i. e. facimus „in parva sublimia carmina cella." Juv. VII, 28. Mitto coniecturas magis minus ingeniosas: Gronov. diatr. in Stat. c. 28: *scribimus inclusi numeros* (acc. graec.) *ille.* Orell. *illi.* Markl. ad Stat. sylv. IV, 5, 67. p. 219. 6: *inclusus numeris ille.* Passow. p. 256: *inclusus numeros ille.* Nihil mutandum. Siquidem *numeros* accipere nolueris pro versibus et carminibus, et *numeros scribere* ipsius Persii latinitatem respuere, tibi persuaseris, nihil obstat, quominus ipsa metra, certos pedum numeros intelligas, quibus quis maximam curam impendat et maiorem quam ipsis rebus, ipsis sententiis. Diceremus nos: *Dieser schreibt iambische Rhythmen, füllt Strophen aus, schmiedet Reime.* Eadem oppositio numerorum et rerum est Horat. epist. I, 19, 24. 25. Conferendus autem est v. 15: *O curas hominum! o quantum est in rebus inane!* haec verba ad numeros spectant versuum antecedentium. et v. 79. et 105—109. Delenti comma post v. *liber* summa tibi apparebit membrorum concinnitas, quam Passow. p. 255—256. desideravit. Verbis: *hic pede liber* significatur criticus, Aesthetiker, *Kunstrichter.* cf. Hor. epist. II, 1, 51. ibi Zell. p. 29. sive grammaticus: Hor. I, 19, 40: *Non ego grammaticas ambire tribus et pulpita dignor.* v. ibi Rappolt. et Weichert. Illi *aliorum* carmina, de quibus scripserant, e schedis suis recitabant.

Grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anhelet,
Scilicet haec populo pexusque togaque recenti,
Et natalitia tandem cum sardonyche albus,
Sede legens celsa; liquido cum plasmate guttur
Mobile colluerit, patranti fractus ocello;
Hîc neque more probo videas, neque voce serena

---

v. 28. *quo pulm.* V. *quid* p. Y. *anhaelet* H. *anelet* L. *hoc pop.* A.

v. 29. *natalicia* B. C. N. T. φ. *pexus quae* K.

sardonyce N. Y. K. E. F. H. S. I. Q. X. א. Δ. *sardonice* rel. *sardonce* γ.

v. 31. *leges* P. *leget* Q. X. T. rel. *legens.* Male sollicitata est haec lecsio omnium fere Codd. Mss. a plurimis editoribus, qui praeeunte P. Pithoeo, „*leges*“ substituerunt. At acquiescit Noster voluptate quadam in adumbranda et depingenda quasi imagine critici, qui grande aliquid stolidi poetae opus recitat; unde absona foret allocutio. Ob eandem rationem retineo *colluerit* (vetustiss. glossa saec. X. *lavarit*). *Colluerit* C. G. K. M. Q. X. T. ρ. O. ב. Δ. α. β. γ. *coluerit* P. D. R. L. א. *collueris* N. Y. V. B. E. F. H. S. I. *colueris* A. *caelsa* M. *occello* F.

v. 33. *Hic neque* omn. Vett. glossae habent: in tali conventu. Cod. Bodl. sic: in tali recitatione s. in auditorio ubi recitant poetae, vel *hic* pro *tunc*; haec glossa in nonnullas editt. transiit.

nec voce P. V. B. R. D. L. G. C. E. F. H. S. I. K. M. O. Q. X. T. ρ. א. Δ. α. β. γ.

Ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbum
Intrant, et tremulo scalpuntur ubi intima versu.
Tun', uetule, auriculis alienis colligis escas?
Auriculis, quibus et dicas cute perditus, ohe!
Quid didicisse, nisi hoc fermentum, et quae semel intus

---

v. 34. *cum carmine* P. *tytos* Q. *titos eum* R. *ut in tima* K. *ut intim.* R. *Δ. aut incima* G. *scalp. intima* (del. *ubi*) O. *tenero scalp.* P.

v. 36. *Tun vetule* Q. X. *α.* O. P. A. R. F. *tum uetulae* K. *Δ. γ. tum? uet. ρ. tun uetulae* N. G. ℵ. ב. *tunc vet.* T. *escas* S. D. E. K. *ρ.* ℵ. *escas:* H. O. .Y. Δ. *aescas.* ב. *aescas?* V. *esca:* R. rel. *escas?*

v. 37. *auriculis?* H. *auricolis* A. V. (inconstanter). *per ditus che?* Y.

v. 38. *Quid didicisse iuvat? nisi* V. (ex glossa cf. Cod. Par. Reg. 8072). *Quo didicisse* Y. *Quid dedicisse α. Quid didicisse?* N. G. E. F. H. S. K. Rel. *quid didicisse aut q. didicisse - aut:* Plurimi Codd. leg. *quid didicisse* Cod. Bodl. ille glossam praebet: „ac si diceret *qua causa.* ad quod.“ *quod did.* cum eadem glossa offerunt Cod. Corp. Christi Coll. Oxon. et Par. Reg. 8049; cum glossa: ad quid. Par. Reg. 8048, et absque gl. Par. Reg. 8272. *quo did.* Par. Reg. 6487. Quid si legeres *quî* i. e. cur, quare, quippe natum putans *quid* aut ex glossa aut ex prima lit. vocis subseq.? conf. III, 60. (et in quo - d - dirig.). Vocem *quo* ante *dirigis* in plurimis Codd. Mss. et editt. vett. obviam equidem vindico hac coniectura: *Est aliquid — quo tendis, et en, quo dirigis arcum?* cf. Virg. ecl.

Innata est, rupto iecore exierit caprificus? —
En pallor, seniumque! — o mores! usque adeone
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter? —
At pulchrum est, digito monstrari, et dicier: hic est!
Ten' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas? Ecce inter pocula quaerunt
Romulidae saturi, quid dia poemata narrent.

I, 72. *en, quo discordia civis produxit miseros!* ***En*** est utique particula admonentis, excitantis, irridentis. cf. Cic. III. Verr. 37: ***haec est istius praeclara tutela; en cui liberos committas!*** idem est *ecquo.* cf. Priscian. p. 556. Cic. Phil. XIII, 11: *ecquo te tua virtus provexisset, ecquo genus*)? et v. 68. *qua-m-mollis.*

v. 39. *caprificus:* T. C. N. ϱ. — P. G. Y. E. F. H. S. I. K. O. ℵ. *Δ.* — rel? *iecore reierit.* A.

v. 40. *seniumque: mores:* (del *o*) L. *adeo ne* V. Y. S. ℵ. *mostrari* ϱ. *et dicere* A.

digyto R. *alter.* N. G. D. K. ℵ. *alter* α. β. γ. Δ. al.: (ϱ) al.? ***Er*** (et) *pulch.* R. ***Bt*** *pulch.* D. *pulcrum* A. V. *ciratorum* F. F. H. S.

v. 44. *pendas:* A. O. *pendas* P. α β. γ. rel. omn. *pendas?* *pecula*

v. 45. *poemate* C. *quid dici po.* A.

Hîc aliquis, cui circum humeros hyacinthina laena est,
Rancidulum quiddam balba de nare locutus,
Phyllidas, Hypsipylas, vatum et plorabile si quid,
Eliquat, ac tenero supplantat verba palato.
Assensere viri: — Nunc non cinis ille poetae
Felix! Non leuior cippus nunc imprimit ossa! —

---

v. 46. *Hic aliq.* omn.

circa hum. P. R. N. B. A. D. G. S. E. H. I. C. L. Q. X. O. ϱ. א. ב. Δ. α. β. γ.

hum. et ianthina K. O. Q. X. T. א. ב. α. β. γ. *et Ianthina* C. ϱ. *hiancynthina* N. E. F. H. S. *hiacynthina* I. *iacynthina* D. G. R. *hyacintina* B. V. *iacinctina* A. L. *hyacinthia* P. *hyacinthina* Y. *hum. ianthina* (del *et*) M. Δ.

lena et *laena.*

v. 47. *quidam* K. ב. γ. *narre* ב. *loquutus* O. rel. *locut.*

v. 48. *Phillidas* A. G. L. O. *Philidas* B. V. D. R. *isiphil.* D. G. B. V. R. L. *iisiphilas* A. *hysipydas* Δ. *hypsiphyl.* Y. א. γ. *hypsipylas* E. F. S. M. ϱ. *hipsipyl.* H. *hysipyl.* N. K. *hysiphil.* P. O.

v. 49. *Eliqu. ac ten.* P. A. B. V. Y. γ. א. rel. *et ten, subpl.* P. A.

v. 50. *Nunc nun* L. *nunc nunc* P. N. Y. ב. *num nunc* K. א. Δ. *num non* B. *non nunc* A. rel. *nunc non.*

illi poetae A.

v. 51. *num leuior* A. V. B. K. א. ב. Δ. *nun leu.* L. *nunc leu.*

Laudant convivae: — Nunc non e manibus illis,
Nunc non e tumulo fortunataque favilla
Nascentur violae! — Rides, ait, et nimis uncis
Naribus indulges. An erit qui velle recuset
Os populi meruisse, et, cedro digna locutus,
Linquere nec scombros metuentia carmina,
nec thus? —
Quisquis es, o modo quem ex adverso dicere feci,
Non eo cum scribo, si forte quid aptius exit, —
Quando haec rara avis est, — si quid tamen
aptius exit,

N. Y. *nunc lenior* P. rel. *non leu. foelix n::* (erasa) I. *non impr.* B. V. L. rel. *nunc imp. ossa* G. O.

v. 52. *num nunc e man.* A. *nunc nunc e man* P. N. Y. *num non* B. V. rel. *nunc non.*

v. 53. *Num non* B. V. *Nunc nunc e tumulo* P. N. Y. *Nunc nunc est tumulo.* A. rel. *nunc non.*

v. 54. *uiolae:* N. G. R. O. א. ב. C. Y. *ait nimis* (del. *et*) D. *narribus* ב. *indulges?* F. E. H. S. *racusit* K.

meruisse? V. Y. H. I. *liquere* α. β. γ. *Linquere?* N. G. R. K. M. I. א. Δ. *scumbr.* M. ϱ. *tus* Δ. K. O. *tus?* P. M. Q. X. T. א. α. *thus.* N. C. G. L. ϱ. ב. *thus* R. Y. *feci?* L. *es modo* (del. *o*) K.

si quid forte Y. *forte q. n. erit* M. O. *scribo (si f. q. a. exit)* Δ. *aptus exit* α. β. *(quando h. r. a. est)* V. B. L. *actius exit* P. (bis). *apcius* A. *si quid tum* α. β. γ.

Laudari metuam: neque enim mihi cornea fibra est:
Sed recti finemque extremumque esse recuso
Euge tuum, et b e l l e. Nam belle hoc excute totum:
Quid non intus habet? Non hic est Ilias Acci
Ebria veratro? Non si qua elegidia crudi
Dictarunt proceres? Non quicquid denique lectis
Scribitur in citreis? — Calidum scis ponere sumen:
Scis comitem horridulum trita donare lacerna,
Et „Verum“ inquis, „amo: verum mihi dicite de me.“ —

---

cornua fib. R. K. Δ.

v. 63. *Euge tuum belle* (del. *et*) Y. *accii* A. L. *actii* N. rel. omn. *acci. intro habet:* A. O.

v. 65. *eligidia* H. *eligida* K. *aeligida* D. R. *eligeida* Y. *elegedia* B. *elegida* P. ℵ. *elegia* V. *elegeia* I. *aelegida* G. rel. *elegidia: ver atro:* ϱ. *veratro:* omn. *quidquid* B. I. *proceres* omn. *citreis: aut.* omn. *citreis cal.* α. β. Δ. *citeris Calid.* V. R, *calidum sis* H. *Scis com mittere* A. *horeidulum* Y. *lacerne* Δ.

dicito: de me A. B. C. L. M. Q. X. T. α. β. *dicito de me* O, *me;* V. *me* Y. ϱ. *dicite de me?* N. D. G. R. I. S. K. ℵ. Δ. *dicite: de me?* E. F. H. *dicite de me* P. ℶ. Sic cum omnibus fere Codd. meis scribo. Cod. Paris. Reg. 8246. saec. XIII. praebet glossam: o fautores. In Cod. Monac.: *illo*, man. 2. e in o mutavit. At numerus pluralis calvo nuganti, paulo perturbato et laudis cupidissimo maxime convenit.

Qui pote? — Vis dicam? „Nugaris cum tibi, calve,
Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat.“ —
O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit,
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,

---

v. 70. *pote:* A. N. C. R. D. K. M. ϱ. ב. Δ. *dicam* A. O. In ed. L. parenthesis patet *u.* v. 70 — 76. (*Qui p. — sannae.*).

sexquip. P. N. O. *s e quip. ext a t* A.

pinxit L. F. H. S. I. (cum multis Codd.). *pinsit.* P. G. et rel. Scriberem equidem, nisi obstaret Diomedis testimonium p. 370., utpote cuius tempore iam ambiguum erat, utrum *pinsit* an *pinsat,* vel *pisit* aut *pisat* legendum esset, *punxit,* quae perfecti forma eidem Diomedi p. 369. probatur. Confundi literas s et x ubivis in Codd. Mss. constat. Reperit hanc lectionem in uno Codice P. Danielis, id quod cognovi ex uberrimo eius apparatu, Bernae a me ad lucem protracto et aliquando publici iuris faciendo una cum maximopere locupletato Foquellini Commentario, cui inserta omnia sunt, quemque gratus ille discipulus maioris habebat quam Passow. p. 146. Est autem *pungere* vox vellicandi solennis cf. Plin. XXX, 10. *manu pungere coepit.* Sic etiam sequentia melius possunt expediri: *nec quem* (pungens s. vellicans) — *manus mob. auriculas albas* (ita omnes Mss. et edd. vett.) *imitata est* (sic omn. editt. vett.). Cod. Bern. 257. habet *imitari,* adscripsit autem manus 1: „aliter imitata est.“ Iudicanda est omnino haec lectio vetustior, difficilior et aptior, quam *imitari,* quod ab Nic. Heinsio (in Advers. I, 3. p. 20.) ex membranis Leidensibus petitum, a Burmanno in sylloge epist. Tom. IV. p. 432 — 34. pro imperfecto acceptum, et nuper in diariis literar. Ienens. a. 1822. n. 198. ita ex-

Nec linguae, quantum sitiat canis Apula, tantum! [CO]
Vos, o patricius sanguis, quos vivere fas est
Occipiti caeco, posticae occurrite sannae! —
„Quis populi sermo est?“ — Quis enim? nisi carmina molli

---

plicitum est: nec manus *pinsit*, mobilis imitari i. e. ad imitandas auriculas. Vide quae Weber. obiecit ad h. l., cum quo tamen nolim ex accusativo relativi *quem* supplere *cui*; repetas potius ex poetae animo notionem generalem *irridens*, quae perhibetur antecedenti enunciatione: *q. nulla cic. pinsit.*

v. 73. *nobilis* R. *ariculas* Δ. *auriculas* V. *appula tantum* P. N C. E. F. H. S. O. Q. X. T. ϱ. I. *apula tant.* A. G. D. R. Y. L. K. M. α. β. γ. ℵ. *apula quantum* B. V. (sic nonnulli Codd. Mss.) *linguae tantum* V. B. Noli vexari eo, quod in vetustissimis Codd. Mss., quorum quisque saec. XI. superat, extat aut *tante* aut *tantae*; hoc enim ex glossa intravit ut adjectivum pertinens ad v. linguae, et ipsius Casauboni in gratiam adrepsit. *Tante* Pariss. Reg. 8049 et 8070. (ę = ae) cum glossa: „pro *late.*“ 8048 et 6487. absque gl. Cod. 8055 tantae cum gl. „tantum pro late.“ Cod. 8272 *tante* (*um* 1.m. exp. corr. et addidit glossam: „nec tantum pro late.“ Cod. Monac. *tante* (um. in eraso a 1. m., gl.: „i. tantum pro late.“). Quoad sensum repetas iterum: *nec quem irrisit tantum linguae q. s. c. A.*

sitiet V. *siciat* A. C. *sitias* Δ.

v. 75. *patricius* P. N. V. B. D. G. E. O. ℵ. ℶ. Δ. α. β. γ. (*qos v. f. est*) V.B.

Quid enim nisi N. D. G. R. H. K. ℵ. ℶ. *Quis enim?* P. A. C. B.

Nunc demum numero fluere, ut per leve severos
Effundat iunctura ungues. „Scit tendere versum
Non secus, ac si oculo rubricam dirigat uno:
Sive opus in mores, in luxum, in prandia regum
Dicere — res grandes! — nostro dat Musa poetae.“—

V. L. E. H. I. O. M. Q. *sermo? quis enim* Y. *sermo est:* α. β. *quis enim* F.: S. *quis enim nisi* ρ. X. α. β. γ. Δ.

numero effluere D. R, V. K. א. Δ. *lene seu.* A. *laeve* F.

Ungues aut ungues. aut: Ungues scis A. *unges* Q. *victura* Y. *tend. versus.*

v. 80. *Non senes ac.* O. *ac.* (del. *si*) *oculo* Y. *mores! in luxum!* B. *et prandia* N. C G. R. Y. K. M. E. H. S. O. Q. X. T. ρ. α. β, γ. א. ב. Δ. *in prand.* P. et rel. et sic scribas, nisus auctoritate Prisciani p. 1175. et mult. Codd. variae aetatis. Exaggerat enim propius quasi accedens poeta, non explicat potentiorum mores (vide ephem. Heidelbergg. in censura edit. Achaintrii et Web. ad h. l.), deinde utroque hoc versu de satira tantum loquitur. Non suffragor iis interpretibus, qui singulas voces pro variis carminum generibus accipiunt, *mores* pro comoedia, *luxum* pro satira (ita Cornut. Ferrar. Marcil. etc.), *prandia* pro tragoedia propter Thyestis ac Terei tragicas epulas. vid. Orell. (ita Cornut. Ferrar. Marcil. Casaub. Passow.). Verborum coniunctionem ordinaverim ita: *Scit tendere versum . . . . uno:* (vide Casaub.) *Musa ipsa scilicet dat nostro poetae sive opus* i. e. 'carmen grande; non: opus sit.) *in mores, (sive) in luxum, in prandia regum — res grandes! — dicere.* cf. v. 16.

v. 82. *res grandis* O. *afferre docemus* A. rel. omn. *afferre videmus.*

Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos Graece, nec ponere lucum
Artifices, nec rus saturum laudare, ubi corbes,
Et focus, et porci, et fumosa Palilia foeno,
Vnde Remus „sulcoque terens dentalia Quincti,
Quem trepida ante boves dictatorem induit uxor,

Passow. refert. p. 291: *bis auf Reiz lasen die Ausgaben docemus.* Post Reizium novissimi editores omnes adoptarunt lect. vulg. *videmus,* sane aptiorem (ecce-videmus) et antiquiorem. Cod. Bern. 257. offert var. lect. *„vel videmus"* adspersam a 1. m. verbo *docemus.*

v. 85. *saturum rus* A. *proci* F. *parilia* Q. X. T. O. α. β. γ. *patilia feno* C. ρ. *palelia* V.

quinti omn. *ter:ens* (rasura.=*terrens* V.

v. 88. *Cum trep.* N. C. G. M. O. Q. X. T. α. β. γ. ρ. *Quem trep.* P. A. B. D. R. E. V. L. Y. F. S. I. H. K. א. ב. Δ. *dictatura* A. (sic Cod. Par. Reg. 7984. saec. XIV.) rel. *dictaturam.* Verba a. v. *sulcoque* usque ad v. *tulit* Persium censeo ex ore istius poetae dicere, quem in sequentibus deridet. *Cum* non ferendum est, nisi aposiopesin statueris post v. *tulit,* sic interpungens:

Unde Remus „sulcoque terens dentalia Quincti; (non).
Cum trepida ante boves dictatorem induit uxor,
Et tua aratra domum lictor tulit" — — Euge poeta! —

Nam arare Quinctius nequibat, cum uxor vestem dictatoris ante boves ei induebat, multoque minus, cum aratra auferebantur. cf. censor in diar. scholast. men. April. 1833. Noli cum novo editore Plum. calidius recipere: *Quem* (cui!) *dictaturam induit uxor;* nampue ita, quantum

Et — tua aratra domum lictor tulit." — —
Euge poeta: —
Est nunc, Brysaei quem venosus liber Acci,
Sunt, quos Pacuviusque et verucosa moretur

---

equidem scio, illo aevo nequibat latine dici. Verbum *dictaturam*, quod in vetutioribus Persii Codd. Mss. rarius occurrit, (cf. Weber. ad h. l., originem debere videtur glossae illi: „imperialem vestem" (cf. Cod. Monac.), quae in aliquot vett. libris (ut in Bernensi illo) data est voci *dictatorem*. *Cum*, quod natum duco ex compendio vocis *quem*, exstat in paucis Codd. vetustioribus ut Par. Reg. 8272 et Bernensi supra memorato, qui versu seq. repetit: Et *cum* aratra dom. Scriptura Sidonii Apollinaris VII, 384: „veterem (corrige *veteri trabea*, neque Gallico saec. quinti scriptori hunc usum condonans) *cum te* (aut corr. *ti* = *tibi*) *induit uxor ante boves* trabeam dictatoremque salignae excepere fores", non plus affert praesidii, quam Martialis locus XII, 4, 2. ei, qui Horat. od. I, 1, 1. mutare conaretur.

Et sua aratra L.

v. 90. *brysei* B. S. E. H. M. K. T. Q. X. Δ. א. γ. *brisei* A. G. O. ב. *brsei* N. rel. *brysaei* et *brisaei*, promiscue ex more vet. *Est: nunc brysei* F. Defendas cum Webero et Plumio probam lect. vulg. ab ingeniosa Scoppae coniectura tot tantisque viris accepta: *Briseis q. venosus liber* (sic) A., quae neque comprobata est nec testimoniis Codd. Mss. confirmata. Neque etiam video, cur librarii notissimum illud nomen mutaverint et inusitatius difficiliusque posuerint epitheton.

actii N. *acoii* A. L. rel. *acci*. *verrucoso* A. *et quos verucosa* E. *verucosa* R. B. S. L. א. Δ. α. β. γ. *et verruc.* rel. *Paccuv.* I. *pacuiusque:*

Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta!
Hos pueris monitus patres infundere lippos
Cum videas, quaerisne, unde haec sartago loquendi
Venerit in linguas? unde istud dedecus, in quo
Trossulus exsultat tibi per subsellia levis? —

R (rasura). *paccuuius: et verruc.* Y. *pacumusque* A. *pacuisque* S. *phacuuius* V. B. (*que* del.) *pacuuius:* (*que* del.) *et* P. C. *pacuuii usque et ueruc.* N.

Anthiopa A. C. D. R. ϱ. K. M. I. ב. Δ. *Antyopa* א. rel. *Antiopa.* *erumpnis* A. *erumn.* B. D. L. K. M. O. א. ב. Δ. *aerrumis* I. rel. *aerumnis. lypos* E. F. *hos mon. pu. pat.* N. C. D. R. L. G. E. H. I. S. I. K. O. ϱ. א. ב. D. *h. mon. pat. pu.* M. Q. X. T. *α. β. γ. h. pu. mon. pa.* P. et rel. *quaerisne?* L. al. *quaeris ne* V. Y. א. rel. *quaerisne. partago* G.

v. 95. *linguas*: N. C. D. G. K. ϱ. א. ב. *Δ.* O (.). Y (;) B (,). *linguas unde* V. rel. *linguas? dedecus?* G. R. H. E. S. K. ϱ. א. ד. Δ. *dedecu?* D. *Trosulus* A. L. *Trosilus* P. *Trossilus* V. B. rel. *Trossulus. subselia* D. I. R. א. *exultat* omn. Sat. III, 89. olim emendatum ivi

— — — *trepidat mihi pectus, et aegris*
Faucibus e x s u l t a t gravis halitus;

i. e. cum impetu prosilit. conf. Lucret. III, 142: in corde exsultat (trepidat) *pavor* et *metus.* Cuius vocis glossema existimabam (sive) *exsuperat* (exup-[er] *at* cum compendio in Codd. Mss.), hinc factum, testibus Codd. plurimis confusione literarum, *exuberat*, quod repugnante metri lege Passow. et Orell. receperunt. Glossa in pluribus antiquiss. Codd. adscripta

Nilne pudet, capiti non posse pericula cano
Pellere, quin tepidum hoc optes audire, decenter?
Fur es, ait Pedio. — Pedius quid? — Crimina rasis [85]
Librat in antithetis. Doctas posuisse figuras
Laudatur. — Bellum hoc! — Bellum est? an, Romule, ceves? —

---

est: „abundat.“ Exinde censor Heidelberg. K. F. p. 1034. optimam coniecturam proposuit: *exundat*, quae si lect. vulg. ob insolitam constructionem ferri nequiret, Persio et optimo quolibet poeta digna esset iudicanda. Minime probatur Murmelii, Foquelini et Weberi lectio: *exsudat* propter metaphoram incommodam; nam non assequor, quomodo halitus faucibus exsudare i. e. per sudorem emitti possit.

leuis; B. *leuis.* L. *leuis* C. A. Q. ϱ. *laeuis.* V. D. R. *laeuis* G. K. O. א. Δ. *leuis?* E. S. rel. *leuis?*

Nil ne R. S. Δ. *nil me* β.

trepidum N. D. R. G. L. F. S. H. I. ב. α. rel. *tep.* Sic lege cum vetustiss. Codd. et cum Gellio in penult. noct. Att.

pellere? D. G. N. R. Y. L. K. ϱ. א. ב. α. β. γ. rel. *pellere* aut *pellere. decenter;* V. B. : Y. A: . L. R. rel. *decenter* (ϱ. א. Δ. α. β.) aut *decenter? optet aud.* γ.

ait pedito T. *pedio?* א. *quid crimina* א. *carmina rasis* N. R. G. F. H. ב.

v. 100. *Liberat* Δ. *antitethis* R. M. *antitetis* L. *anthitetis* O *anthitetis?* A. . V. B.

v. 101. b. *hoc. bellum hoc?* C. M. ϱ. T. Q. X; *hoc. bellum hoc*

Men' moveat? quippe et cantet si naufragus, assem

Y. O. b. *hoc? bellum est:* A; b. *hoc b. est?* N. D. G. K. א. ב. Δ; b. *hoc b. est.* V. B. *Laudatur bellum hoc: b. est?* R; b. *hoc: b. est.* E. H. S. I. L; b. *hoc: b. est.* P. F; b. *hoc b. hoc an α. β. γ.* Lectionem iam a Passovio et Plumio receptam petii ex Codd. vetustiss. Paris. Reg. n. 8070 et 8272. (saec. X.) et n. 8048 et 8049. (saec. XI). *romule cervos* D. G. K. *ce.....s* R (rasura). *ceues.* L. *ceues* F. T. Q. X. *α. β. caeues?* א. ב. *Δ.* rel. *ceues?* Noli mutare: *en, Romule — ceves!* nedum: *an, Romule cevens?* i. e. itane est, effeminate Romule? Passow: *das schön, du schwänzelnder Römling?* Maiori enim indignatione invehitur in Romanorum quempiam: pudeat te! An versibus tam incomptis et fucatis captus clunes prae gaudio et libidine movebis? Conf. supra v. 33 — 40 et v. 95. 97. Val. Probus p. 1484. non prorsus certa docet: Persius tempore futuro (tert. coniug. cf. p. 1482): *an Romule ceves?* Significat autem cum turpitudine cedere vel turpiter incurvari." (i. e. *conquiniscere* cf. Marcil. ad h. l. et Prisc. p. 885. bis in Plauto) aut *pandare*; in vet. Cod. voci „ceve" glossa data erat: *πάνια*, (corrige: *panda*) cf. Cod. Bodl. X, 1. 6. 35. exhib. not. Miscell. Salmasii. Pandant autem arbores flexae, oneri cedentes. cf. Columell. et Vitruv.). *cevere* pro: *cinaedum agere* acceperunt et veteres interpretes et recentiores. *Fontius:* bellum hoc. bellum est). O tui, qui tam lasciva scripta laudas discisque (l. dicisque) hoc bellum: et hac bellum est: esne tam perditis moribus, haec ut probes? *Bad. Ascens:*) *an, Romane, tam mollis et effeminatus effectus es:* tantumque a nervis et vero dicendi robore recessisti, ut eum laudes, qui omissa purgatione fucum verborum sectatur?" Cum his faciunt Koenig., Nasser („*so tief sankst du?*") et censor ille in diar. scholast. m.

Protulerim? — Cantas, cum fracta te in trabe pictum
Ex humero portes?— Verum, nec nocte paratum
Plorabit, qui me volet incurvasse querela.—
Sed numeris decor est et iunctura addita crudis!

April h. a., qui vertit, *also, Römer, bist du ein Schandbube geworden?* Sed *cevere* hic neque hanc potestatem obtinere videtur neque significare adulari, apud Homer. et Aristophan. οὐρῇ aut κέρκῳ σαίνειν. cf. Martial. III, 95, 13. Sic Passow. et Plum., quibus tamen prior auctor est Britannicus: „indecoro motu corporis adularis, sumptum a canibus, qui *clunes agitando* (cf. Iuv. II, 20—21) blandiuntur." Est autem, si quid video: turpiter et libidinose assensum significare, adeoque ceventis speciem prae se ferre. cf. v. 142. Iusce: *Römling, willst du wie ein Schandbube dich geberden?* — Optime cohaerent sequentia: Men' *moneat?* quippe etc. Simili modo mulieres lumbis et femoribus libidinose fluctuantes vocantur *crissantes*, ut ex Iuv. et Martiali constat. cf. Lucil. ap. Non. 1, 69.

v. 102. *mē mou.* O. *cantet nauf.* (del. *si*) R. *cantes cum fr.* P. A. C. R. D. G. B. E. F. H. S. M. Q. et rel. *cantes fr.* (del. *cum*) V. N. L. *cantas cum te fr. ī tabe* Y. *protulem?* Δ. *protulerim* . A. O. rel. *aut: aut? portes:* N. A. D. G. R. L. E. F. H. S. I. α. β. γ. א. rel. *aut.* (V. O. Δ.) *portes aut? portarum* K. *querella* O. ב.

v. 106. *est iunct.* (del. *et*) P. *abdita crud.* O. Q. Y. α. β. γ. et sic nonnulli Codd. recent. vide Drakenb. ad Sil. VI, 394. Brouk-

Claudere sic didicit versum: „Berecynthius Atys,“

---

hus. ad Tib. I, 2, 21. Qui *abdita* legunt, inter quos Foquelinus est, *numeris* coniungunt cum *crudis:* „quos crudos appellas, tu Persi.“ sic Britann. quem Ferrar. ad. h. l. exscripsit, Badius Asc. et alii. *Abdita* mihi non probatur, neque tamen prorsus inepta videtur conferenti Horat. A. P. v. 47—49:

Dixeris egregie, notum si callida verbum
Reddiderit iunctura novum. Si forte necesse est
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum.

locum, qui nasutum Casaubonum effugit in Persiana Horat. imit. p. 534. *Fontium*, qui habet: *decor est, et iunctura addita crudis,* plurimi secuti sunt viri docti, ut Passow., Weber., Plum., ita ut verbo *crudis* substantivi loco putarent oppositum *coctum* v. 111. (et *tenerum?*) Sed utrumque, decor et iunctura, pertinet ad numeros crudos i. e. „versus impolitos,“ interprete Marcilio, id quod adnexi numeri docent, qui nonnisi *crustae* sunt, iunctura carentes. Equidem ipse olim disiunctionem huius versus probavi et legi: *et iunctura addita crudis.* conf. Plin. H. N. XXXVI, 6. *marmor* in crustas secare et XXXVII, 4: *adamas* in tam parvas frangitur crustas. vide du Fresne glossar. et Salmas. ad Trebell. Pollion. in Claud. c. 18. Cornutus, particulae *et* nulla ratione habita, falsam constructionem statuit: „muneris crudis addita iunctura decor est, honorem affert.“ Meister. in Commentt. Soc. philol. Lips. Vol. II. p. 103. male ita membra disiunxit: sed numeris decor est; et *iunctura*, addita crudis, Claudere sic *didicit* (docuit, monuit!) versum. Noli quidquam tentare, neque Crud*us*, neque Crud*um*, neque didic*i*, neque...., modo lectionem sanissimam recte,

Et: qui caeruleum dirimebat Nerea delphin" —
Sic: „costam longo subduximus Apennino." —
„Arma virum," nonne hoc spumosum et cortice pingui,
Ut ramale vetus praegrandi subere coctum? —

---

explices, et cum *Badio*, Reiz. et Orellio verba a v. 106. poetae, non monitori adsignes.

v. 107. *versum did.* P. A. V. B. L. rel. *did. versum.*

berecyntius E. S. I. Q. *berecinth.* A. C. D. V. B. G. L. R. K. O. ϱ. א. Δ. ב. rel. *berecynth.* — *athis* A. C. D. V. B. G. R. L. K. ϱ. א. ב. Δ. *atis* P. rel. *atys. dirimebat : : erulea* (rasura) R. *delphim* A.

v. 109. *Sic cost.* omn. Errat Sinnerus in ed. sua Bern. 1765. p. 116., Cornutum *si cost.* legere dicens. *appenino* P. Q. X. *appēnino* L. F. H. *appennino* I. S. *apenino* A. C. N. D. G. R. K. א. ב. Δ. *apoenino* M. α. β. γ. *apoennino* O. rel. *apennino.*

v. 110. *nonne hec* L. *non ne* D. G. R. Y. K. *num ne spum.* (del. *hoc*) P. rel. *nonne hoc. supinosum* V. *pingui?* T. rel. *aut pingui aut. aut:*

v. 111. *praegrandi* omn. et sic cum omn. fere meis vett. Codd. Mss. et cum Servio ad Aen. II, 553. scribas. Cod. Par. Reg. n. 6487. saec. X. habet *praegrande*, et n. 8055. saec. XI. *praegnandi* (1. m. addidit *praegrandi*). Ne tibi in mentem veniat: *praegnanti*, ut, ni fallor, Nassero v. 138. Cod. Monac. ille praeb. glossam: *duro.* vid.

Quidnam igitur? — Tenerum et laxa cervice legendum? —:

„Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis,

Et raptum vitulo caput ablatura superbo

Heind. ad Hor. p. 54 sq. *subere tectum?* Y. *coctum*: C. D. R. K. Q. *coctum*. O. X. rel. aut *coctum* aut *coctum?*

v. 112. *Quis nam igitur tenerum et* P. *Quidnam igitur tenerum et* C. N. D. R. Y. E. F. H. G. O. ϱ. *Quid nam igitur tenerum et* S. Rel. *quidnam igitur tenerum: et* — *Quidnam igitur?* extat in Codd. Paris. Regg. vetustiss. n. 6487 et 8272. (glossa: „faciendum est?" vide superius v. 26. quid faciam?) et n. 8049. et Bodleiano illo. — *legendum?* Y. Sic vett. Codd. omnes. Inde a saec. XI. glossa *„est,* ē, ÷" versui adnectebatur. (vid. Cod. Par. Reg. n. 8055.). *legendum*. L. *legendum est?* N. E. F. S. I. *legendum est* A. C. D. G. V. R. K. O. M. ϱ. H. א. ב. Δ. *α. β. γ.* Q. X. T. *legendum* P. B.

v. 113. *mimaloneis* P. V. B. rel. *mimall. Corua* T. *Troua* E. *bumbis* F.

v. 114. *Et sectum* D. G. R. L. E. H. S. K. M. O. ϱ Q. X. T. א. ב. Δ. *α. β. γ. Et raptum* P. N. et rel. vide Passow. p. 327. *Raptum* omn. fere Codd. mei et Cornut. (Fontii lectio incerta est), Jo. Britann., Bad. Asc., al. praeter Ferrarium, qui tamen hoc quoque loco maximam partem explicationis Britannici repetit. Tautologiam huic exemplo maxime congruam tollere conati sunt alii corrigentes: *sectum* alii. ut censor in ephem. Heidelb., *allatura*. Sed alterutrum mittas

Bassaris, et lyncem Maenas flexura corymbis
Euion ingeminat: reparabilis adsonat Echo." — ?
Haec fierent, si testiculi vena ulla paterni
Viveret in nobis? Summa delumbe saliva
Hoc natat in labris; et in udo est Maenas et Atys
Nec pluteum caedit, nec demorsos sapit ungues.

---

aeque ac *captum*, sive *carptum* (Jo. Britann.: *pentheus deductus et discerptus.* Ferrar.: *discerpit* (sic) *et omnium prima caput abstulit.*); est „σχῆμα ἐκ παραλλήλου," ad quod poeta iste versum tornaverat. *superbe* D. G. R. K. א. ה. rel. *superbo.*

v. 115. *linces* V. B. *lyncen* F. H. I. Rel. ut P. S. aut *lyncem* aut *lincem. menas flex.* S. *mennas* A. rel. *maenas* aut *menas, fluxura* M. α. β. *flexuram* T. *corimb.* P. A. V. B. C. D. R. G. L. K. ϱ. א. rel. *corymb.*

v. 116. *euchyon* H. *euyon* E. F. S. I. *euhion* Δ. *euihon* א. *eu::ιon* R. (rasura). *euchion* P. A. V. B. Y. C. D. G. N. L. K. ϱ. ד. *eucon* M. O. Q. X. T. α. β. γ. *ingeminam* F. *assonat* omn. *echo?* V. B. *elio* F. *aecho* D. K. א. Δ. rel. *echo* aut *echo* (.).

v. 117. *Nec fierent* Y. *testituli* P. *in vobis* A. *nobis summa* R. D. G. K. Δ. α. β. γ. *nobis:* P. Y. H. I. א. *nobis.* O. rel.?

saliua Δ. *menas in athis* ב. *menas et athis* A. C. V. B. D. R. G. L. K. ϱ. א: Δ. *m. et atis* P. rel. *maenas* (N.) aut *menas et atys.*

v. 120. *cedit* A. C. D. ϱ. B. V. Y. א. Δ. I. rel. *caedit. qui opus* X. *ungens* γ. *Auriculas vide* D. G. R. א γ. α. β. (*videsis*).

Sed quid opus, teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide sis, ne maiorum tibi forte
Limina frigescant: sonat hic de nare canina
Litera. — Per me equidem sint omnia protinus alba:
Nil moror. Euge! omnes etenim bene mirae eritis res. —
Hoc iuvat! Hîc, inquis, veto quisquam faxit oletum! —
Pinge duos angues: pueri, sacer est locus: extra
Meiite! — Discedo. — — Secuit Lucilius urbem,

---

auriculas: C. M. O. ϱ. ℶ. rel.? *vide sis neu* E. *vide sic nec* K. *sis nec* N. R. G. Δ. *videsis nec* F. S. *videsis ne* V. rel. aut *vide sis. ne* aut: *vide sis ne. hic* omn. *nate can.* O. *sonat: hic* K. Δ. *mequidem* Δ.

v. 125. *omnes bene mirae* (*mire* E. F.) *per me eritis res* Y. E. H. S. I. F. *omnes et n.* (= etenim) *bene in re* R. *omnes et enim b. m.* G. rel.: *omnes etenim b. m.*

v. 126. *hec iuv.* A. post *iuvat* aut abest signum aut. extat. *hic inquis?* Y. *hoc inq.* V. B. (sic praeter Codd. recentt. etiam Reg. ille n. 8049.) rel. *hic inq. faxit olentum* F. *faxi toletum α. β.*

v. 128. *Me ite* A. *meiite* N. rel. omn. *meite.* — *Sacer est pueri locus:* P. N. C. D. G. F. E. S. H. I. M. Q. X. T. K. α. β. γ. ℵ. Δ. O. (in hoc tamen vox *Extra* a fronte versus proximi collocatur.) rel. *pueri sacer est locus.* Sic mei Codd. omnes. P. Danielis adno-

Te Lupe, te Muti, et genuinum fregit in illis.
Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, et admissus circum praecordia ludit,
Callidus excusso populum suspendere naso.
Men mutire nefas? — nec clam, nec cum scrobe? —
Nusquam? —

---

tavit haec: „etsi omnes tum scripti tum impressi Codd. *locus* habeant, Isidorus tamen *lucus* legit, hunc versum citans libro XII. etymologiarum cap. 4. Angues, inquit apud gentiles progenies lucorum erant habiti semper, unde et Persius: *pinge duos angues. pueri, sacer est lucus e. c.* sic enim in veteribus Isidori libris legitur. Constat tamen mendosum futurum versum si *lucus* legeretur, cum primam habeat longam. Tibull. III, 3, (v. 9. 15.)." Quam lectionem nisi aut socordi aut argutulo scribae tribuerem, commoda esset loci emendatio haec: *pueri, lucus sacer: extra Meiite!* Sed loco suo de his videbimus.

Lucillius P. O.

v. 129. *muti genuin.* (del. *et*) C. ϱ. (*geminum*). *te imiti et geninuum* A.

v. 131. *amissus* T. rel. *admiss. Calidus* G. F. S. א. ב. rel. *callid.*

v. 133. *nephas* ϱ. *nephas*: C. ב. *nefas*? Y. L. E. F. H. S. I. Q. X. T. α. β. γ. rel. *nefas* aut (:) aut (.). *scrobe*: *nec usquam* γ. *nec scrobe nec usquam* O. ϱ. α. β. *scrobe. nec us* (sic) M. *scrobe nec nusquam* C. *scrobe nusquam?* V. E. F. H. S. I. *cum scrobe nusquam:* aut. D. N. G. R. Q. X. T. rel. aut „*cum scrobe? nusquam.*" aut absque ullo signo.

Hic tamen infodiam: „Vidi, vidi ipse, libelle,
Auriculas asini quis non habet?" — Hoc ego
opertum
Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo
Iliade. — Audaci quicunque afflate Cratino,
Iratum Eupolidem praegrandi cum sene palles,
Adspice et haec, si forte aliquid decoctius audis.
Inde vaporata lector mihi ferveat aure,

---

v. 134. *hic tamen* onm. *in fodiam* ב. *Fide hic vide i. l.* A. rel. *vidi vidi i. l.*

v. 135. *Aur. asini quis non habet?* omn. editt. vett. et Codd. Lectionem illam: „*auric. asin. M i d a r e x habet*" merum biographi et grammatici cuiusdam iudico commentum, vetustissimum tamen, quod iam in aliquot saeculi X. Codd. Mss. vitae Persii Suetonianae adiectum apparet. In edit. critica illius vitae opportunior hanc rem fusius tractandi locus erit. Tantisper vide Stieler. Weber. et Plum. et Cens. in ephem. Ienens. m. April. 1823. — . . . *ariculas* R. *tam nihil nullam* P. *uaendo* E. F. H. S. *catino* P. *crathino* V. B. *cratyno* C. D. G. R. L. K. ϱ. T. א. ב. Δ. rel. *cratino*. *eupolidan* P. *Illiade* P. A. O. *Iliadae* D. G. K. א. ב. Δ. *Iliade?* Y. rel. *Iliade*. *et hoc si* A. *decoctios* C.

v. 140. *Unde uap.* C. O. Q. X. ϱ. א. Δ. α. β. γ. rel. *inde*. Sic omn. vetustiores Codd. Mss., et rectissime, testibus Cornuto: („scriptis illorum i. e. Cratini, Eupolis et Aristophanis accensus") et Marcilio: („a tali nempe comoediae veteris auditione calentem lectorem mihi opto"). Casaubonus, Turnebus (in advers. lib. XXVIII, 26.) et

Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere gestit

Weber. in h. l. omnino cum his faciunt, contra censor in ephem. Ienens. a. 1822. n. 198. *cum Fontio,* qui ita exponit: „qua mei operis lectione erubescat lector eius a me aure vaporata." Non audiendi sunt neque Ferrarius, qui certe sensum sanum indicat: „ex quo scripto (sic) illorum accensus veniat, qui vult mea carmina legere." neque Jo. Britannicus: „sensus est: vide num „*in meo libello* aliquid invenias boni, ex quo lector *mihi* concilietur, et ferventior fiat ad mea scripta legenda. *Modestissime* (sic) poeta declarat opus suum utile fore." Illud iudicium: „*unde* legendum est, non *inde.*" ex Britann. in Ferrarii edit. ut sexcenties alibi verbotenus transiit. Caeterum ex h. v. illustrare velis difficillimum illum novissimum huius satirae. Talem, inquit, lectorem cupio, non vero sordidum (pannosum Iuv. X, 101 οὐ φιλόκαλον. conf. Hor. epistt. I, 17, 25. 32.) municipii minoris olim aedilem i. e. hominem inconditum et hebetem suaque tantum curantem, qui consuevit per forum ambulans transmarinam mercem (non: cothurnum tragoedorum) ludibrio habere et exdecreto de mensura ius dicens severiori negotio notare fraudulentos venditores eorumque „vasa minora frangere" (conferas cum Britannico Iuv. l. l.), neque etiam eum civem Romanum, qui philosophiae studium damnat eiusque magistros habet irrisos; *his mane edictum,* p. p. C. d. vide inf. *mihi: feru.* D.

v. 141. *qui crep.* (del. *in*) F. H. E. S. *increp.* P. V. ϱ. *ludere gestu* ϱ. *discere lusce* R. D. K. I. *luscus* (cf. Casaub.) in nullo Codd. Mssorum meorum. Luscus h. l. mihi non est μονόφθαλμος, ἑτερόφθαλμος, sed is, qui alterum (sinistrum) oculum clausit — prae metu accedentis „aedilis fastidiosi," qui si quae improbae sunt merces, iactat omnes" (sic Plaut. Rud. II, 3, 43.), vel is, cuius „supercilium

Sordidus, et lusco qui possit dicere: lusce!
Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus
Fregerit heminas Arreti Aedilis iniquas;

---

salit." vide Plaut. in Pseudolo I, 1, 105. ibiq. Scalig. in ed. Lips. et Muret. var. lect. Vol. I. p. 251. Nota est veterum superstitio de palpitationibus (lib. Melampod. περὶ παλμῶν). vid. Ernesti. ad Callim. hymn. in Cer. v. 89. Fabric. bibl. gr. I, 15. p. 99 sq. Eustath. ad Iliad. VII. p. 547, 26 = 675, 42. Dextro oculo sua sponte subsilienti prosperi aliquid portendebatur, ut patet ex Theocriteo illo ἅλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός. De hac re cf. Sakuntala p. 97. ed. Chezy. Mâlatîp. 5. et Mrichhak. p. 1888. 222. (ed. Calcutt.). Quod verbum luscus in hunc modum interpreter, me monet cum turbatus sententiarum ordo, a quo absonam duco debilitatis veri lusci derisionem, tum participium quod adiungitur. Quid autem, si vocibus *luscior* et *luscissimus* (Varr. de L. L. VIII, 43.) civitatem ita redderes? Loci ut in Hieronymo adv. Iovinian. lib. II.: Quid prodest luscum vocare luscum? in Iuv. X, 228. ambos Perdidit ille oculos, et luscis invidet. al. explicationi meae h. l. non refragantur. —

possit plurimi vett. Codd. et editt. *poscit* Y. *Δ.* et recentiores Mss. Expositionem meam totius loci amplectens vide sitne revocanda lectio „*prosit!*" ut Hor. Art. poet. v. 410., ubi perpauci Codd. recentiores habent *possit* al. *poscit*, plurimi vett. *prosit*. *grayorum* V. B. *gaiorum* A. *Sese* omn. Codd. et editt. *sese aliquid* Y. *ytalo* L. *honore supino* P.

arreti N. R. G. D. E. F. H. S. I. K. R. *Δ.* *arethi* L. *arteti* Y. *arrecii* (lit. erasa) ב rel. *areti.* *eminas* P. A. L. Y. *emimas* B.

Nec qui abaci numeros et secto in pulvere metas
Scit risisse vafer, multum gaudere paratus,
Si Cynico barbam petulans nonaria vellat.
His — mane edictum, post prandia — Callirhoën do! —

---

v. 145. *abaco* omn. praeter V. B.: *abacho* et P.: *qui a baccho. abaci* lego cum nonnullis Codd. vetustioribus, quod concinnior ita fit oratio, et quia numeri in abaco erant. Inconcinnitatem sublaturi varias medelas adhibuerunt et vetustiores et recentiores editores, mutantes posteriorem versus partem: *secto pulvere* V. B. E. F. S. I. *Secto. pol- uere* H. *fecto pulu.* Y. (rel. *secto in pulv.* praeter G.: *secto im pulu.*); *sectas in p.* Passow. *aliquando; facto* (languet) Grotefend. At si quid tentandum esset, in P. Danielis sententiam discederem, qui cum „vet. Cod." legit: *docto in pulvere*, his utens verbis: „quod ea ratione ita dictum existimo ut apud Tullium lib. II. de nat. deor., eruditum pulverem pro mathematicis disciplinis. Sed (inquit) si hoc non videtis quia illum numquam eruditum pulverem attigitis. vide Brodaeum lib. I. Miscell. cap. 1. et Coelium Lib. VII. c. 30. ubi versum hunc explicat." cf. v. 100. supra, ubi Casaub. verba: *doctas posuisse figuras* emendatum ibat: *doctus p. f.* ex Hor. sat. I, 10, 19. vide Persian. Hor. imit. p. 531. *methas* V. B. *vafer?* I. *cynicho* P. *cinico* A. D. G. R. L. ℵ. *cymeo* Y. rel. *cynico. nouaria* ב.

v. 148. *colliro en* S. *colliroen* D. G. E. F. H. K. Δ. ℵ. *col...... en* R. (rasura). *caliroen* P. *callirohen* B. V. *calliroem* Y. *calliroen* A. C. N. L. ב. *callyroe* T. *callyroen* Q. X. *callioren* O. *caliorem* M. *α. β. γ. callirhoen* I. Ne delabaris in Fontii et Britannici, Ascensii et Passovii interpretationem, qui scortum sub h. v. intelligendum cen-

sent, seducti una voce *nonaria* versu antecedenti; respicias potius totum sententiarum connexum et ordinem per totam satiram patentem, nec non morem Persii, singula quae deinceps persecutus fuerit, in nodum quasi unum colligendi. Hinc non est quod respuas explicationem Cornuti, qui *Callirhoën* tragoediam dicit indocti cuiusdam poetae, neque tamen ipsius Neronis, ut Marcilio placet. Mittas ergo pantomimam, cantatricem, theatrum a plebe frequentatum, collectionem „levium, iocosorum et amatoriorum carminum," „*öffentliche Anschläge, bei uns: Intelligenzblätter, Journale, modische Zeitungen,*" balneum, porticum, tabernam huius nominis et alia minoris indaginis. Ioa. Britannicus post Fontium, quem Ferrarius ad. h. l. verbotenus fere exscripsit, Callirhoën *fontis cognomen* fuisse refert, auctoribus Plinio, Solino et Val. Flacco. Quod latuisse videtur solertem illum censorem in diar. scholast. mens. April. h. a., qui eandem expositionem tamquam suam proponit, laudans inter alia Horat. epist. I, 19, 8.: „*forum putealque Libonis m a n d a b o s i c c i s, adimam cantare severis.*"

EX OFFICINA DAV. STURMII.



